





VII
PEROTTI
GRAMMATICA
77
22
UTINI
1485














De Dictione.

Dictio qd est? Est minima pars orõis cõstructe. Que differẽtia ẽ iter syllabã & dictionẽ? Syllaba est pars dictiõis: et nihil p se significat. Dictio aũt p se significat. Dictio ũde dicitur? A dicẽdo qꝫ dicat aliqd. hoc est significet. Quot syllabarꝫ ẽ maxima dictio apd latios? tredeci. diocliãopolĩãoznm.

De Oratione.

Quid ẽ oratio? Est ordĩatio dictionũ congruã sentẽtiam perfectãqꝫ demõstrans.

Partes orõnis quot sunt? Octo. Nomẽ verbũ participiũ pnomẽ pposition aduerbiũ intiectio & cõiũctio.

Quot sunt partes orõis declĩabiles? quatuõ. Nomen. Uerbũ. Participiũ. & Pronomen.

Quot partes orõis indeclinabiles? quatuor. Prepositio. Aduerbiũ. Interiectio. et Cõiunctio.

De Nomine.

Quid est nomẽ? Est pars orõnis cum . . . pus aut rẽ pprie cõiterue significãs

Unde dicit̃ nomen? Nomẽ dicit̃ quasi notam . . . hoc notemus uniuscuiusqꝫ substãtie qualitatẽ. vel a greco: quod est.

Quot accidũt nomini? quiqꝫ. Species. Genꝰ Numerus. Figura. et Casus.

Quotuplex ẽ nomẽ? duplex. substãtiuum & adiectiuũ.

Quod ẽ nomen substantiuum? Est illud cui (uũ. preponitur unum articulare tãtum. ut hic liber. vel duo ad summũ. ut hic & hec homo.

Quotuplex est nomẽ substãtiui? . . . iplex. propriũ et appellatiuũ.

Quod est nomẽ pprium? quod uni soli conuenit. ut Pyrrhus et penelope.

Quod ē appellatiuū: qđ est cōe multorū. ut hic leo
Quod ē nomen adiectiuū: quod variatur ꝑ tres diuersas voces. ut probꝰ ꝓba probum. vel ꝑ tres articulos. ut hic ⁊ hec et hoc felix.
Quot sunt spēs noīuz tā ꝓpriorꝝ q̄z appellatiorꝝ: duo. ꝑmitiua ut iulꝰ mōs. deriuatiā ut iuliꝰ mōtāꝰ
Quot sunt spēs ꝓpriorꝝ noīuz: quatuor. pronomē quod ꝓponitur differēcie causa. ut Cneus. Nomen quod est cuiusq̄z ꝓpriū. ut Paulus. Cognomen qđ est cognatiōis cōe. ut Scipio. Agnomen ab aliquo euentu imponitur. ut affricanus.
Quot sunt spēs tā ꝑmitiuorꝝ q̄z diriuatiorꝝ noīuz cōes: vigītiquīq̄z. corpale īcorpale omonymū synōimū ꝓpriū. appellatiuū. substātiuū. adiectiuū. ad aliqd dictū. quasi ad aliqd dictū. gētile. patriū. īterrogatiuū. īfinitū. relatiuū. collectiuū. diduū. ficticiū. gērale. spāle. ordīale. nūerale. absolutū tēpōale. loca (le.
Q. đ ē nomē corpale: qđ corpꝰ sigīficat. ut hō.
[illegible] īcorporale: qđ nō sigīficat corpꝰ. ut virtus
Omonima que sunt: que voce nō sigīficatiōe ꝯueniūt. ut nepos. filiꝰ filii vel luxuriosus.
Que sunt synonyma: que nō voce sed significatione cōueniūt. ut ensis. gladius. mucro.
Quod ē ad aliquid: quod sine ītellectu eius ad qđ dicit̄ ꝓferri nō potest. ut filius pater.
Quasi ad aliqd quod ē: quod quāuis habeat ꝯtrariū ⁊ quasi semꝑ adherēs: tamē neq̄z ipso nomine significat etiā illud nec secum īterimit. ut nox dies.
Gētile qđ est: quod gentē sigīficat. ut grecꝰ. latinꝰ.
Patriū qđ est: quod a patria sumit̄. ut Romanꝰ.
Quod ē interrogatiuū: quod cum interrogatione profertur. ut quis qualis quātus quot.

Infinitũ quod est: qđ est interrogatio ꝯtrarium. ut quis. q̃lis. quãtus: cũ graui accẽtu ꝓferuntur.
Relatiuũ quod est: quod refert ãtecedens. ut qui que quod et talis tantus.
Collectiuũ quod est: quod ĩ singulari nũero multitudinem significat. ut populus.
Diuiduũ quod est: quod a duob⁹ vel a pluribꝰ ad singulos hẽt relatiões. vl' ad plures ĩ nũeros pares distributos. ut uterqȝ. alter. quisqȝ. singuli.
Ficticiũ quod est: quod a ꝓprietate sonoꝝ factum est. ut turtur. grus. taratantara.
Quod est generale: quod in diuersas species põt diuidi. ut animal. arbor.
Quod ẽ speciale: qđ a gẽre diuiditur. ut hõ. laur⁹.
Ordiale ẽ qđ ordinem significat. ut pm⁹ secũd⁹.
Quod ẽ nũerale: qđ nũerũ sigĩficat. ut un⁹. duo.
Quod ẽ absolutũ: qđ ꝑ se ĩtelligit̃. ut ens. deus.
Temporale ẽ qđ tẽpus significat. ut mẽsis. ãnus.
Locale ẽ qđ locũ significat. ut ꝓpiquus. lõgiqu⁹
Quod sunt deriuatioꝝ noĩum spẽs ꝓprie: nouẽ patrõymicũ. possessiuũ. cõpatiuũ. suplatiuũ. dĩnutiuũ. denõinatiuũ. verbale. participiale. aduerbiale.
Quod ẽ nomẽ patrõymicũ: qđ a nõibus ꝓpriis patrũ deriuat̃: secũdũ formã grecã. et sigĩficat cum gẽitio ꝑmitiui filiũ vl' nepotẽ. ut aeacides. filius vl' nepos aeaci.
Quod ẽ nomẽ possessiuũ: qđ cuȝ gẽitio ꝑmitiui sigĩficat aliqđ eoꝝ que possidentur. ut euãdrius ensis. i. ensis euãdri.
Cõparatiuũ qđ est: quod sigĩficat magis cũ positiuo. ut fortior. id est magis fortis.
Que nõia cõparãtur: Appellatĩa dũtaxat qualitatẽ aut quãtitatẽ significãtia. qualitatem. ut bonus

malus. quātitatem: ut magnus paruus.

Cōparatiuū cui casui seruit? ablatiuo utriusq3 nūeri sine ppositiōe. dicius. n. doctior illo vł doctior illis.

Suplatiuū qđ est? quod p se ꝑlatū intellectū habet cum valde aduerbio positum. vł ad plures sui gēris cōparatū: suppōitur oibus. ut aeneas piissim⁹. id est valde pius. optius teucroꝝ. i. bon⁹ sup oēs teucros.

Suplatiuū cui casui seruit? genitiuo tātu3 plurali. dicimus enī doctissimus poetarum.

Diminutiuū qđ ē? qđ diminutione3 sui deriuatiui absolute demōstrat. ut regulus. i. paruus rex.

Quot causis ꝑferunt diminutia? trib⁹. necessarie significatiōis: urbanitatis: et adulationis gratia. ut tantillus. ingeniolum. corculum.

Denōinatia q̄ sunt? q̄ a noie deriuāt. ut a saxo sa(xosus.

Uerbalia que sunt? que a verbo deriuā-tur. ut a domo domito.

Participialia q̄ sunt? q̄ a participiis deriuāt. ut amādus ⁊ reuerēd⁹. hoc est. dign⁹ amari ⁊ reuereri

Aduerbialia que sunt? q̄ ab aduerbiis deriuātur. ut hodiernus. crastinus.

De gēribus nōium

QUot sunt genera noium? septem masculinu3 femininū. neutꝝ. cōe. ōne. ꝑmiscuū ⁊ icertum

Masculinū: cui pponit unu3 articlare ꝑnomē hic ut hic pyrrhus Feminū: cui ppōit unū articulare pronomē hec. ut hec penelope. Neutrū: cui ppōit unū articlare ꝑnomē hoc. ut h° aial. Cōe cui duo articularia ꝑnōia pponūtur hic ⁊ hec. ut hic et hec homo Ōne: cui tria articlaria ꝑnoia pponuntur. ut hic ⁊ hec ⁊ hoc felix Prōiscuū: qđ ⁊ epicenū dicitur: qđ sub una voce ⁊ uno articlo denotat aialia

utriusq3 sexus.ut hic passer.hec aquila. Incertuz quod nulla ratiōe cogēte:sola auctoritas veterū sub diuerso gēre ptulit.ut hic vel hec silex .finis.talpa. cortex.grus.dāma.dies.margo.bubo.pāthera.clu nis.serpēs.lynx.aluus.adeps.vl adipes.

Prima regula.

Pyrrhus cui9 generis? masculini.qre? q2 oīa nōi na ppria viroꝝ cuiuscūq3 sint tminatiōis:masculini sunt gēris.

Secūda regula.

Penelope cui9 gēris? femini.q2 omīa noīa muli eruz:cuiuscūq3 fuerit terminatiōis:femini generis sunt.ut penelope.glicerium.

Tertia regula.

Pirus cui9 gēris? femini.q2 oīa noīa arboꝝ femi nini sunt gēris. fructuū vero ⁊ lignoꝝ ut plurimuz neutri.Excipiuntur hic oleaster.et hec ficus p fru- ctu.nā hoc siler.hic rub9.et hic dumus non inueni- untur inter arbores.

Quarta regula.

Aprilis cui9 gēris? masculini.q2 omnia nomina mensium sunt gēris masculini.

Quita regula.

Decem cui9 gēris? oīs quia oīa noīa nūeralia a quatuor usq3 ad centū sunt ōis gēris ⁊ indecliābi lia.Cetera vero ⁊ declinātur ⁊ discreta sunt. preter mille:qđ trium generum ⁊ indeclinabile est.

Sexta regula.

Metaurus cui9 generis? masculini.q2 oīa nomīa fluuioꝝ sunt generis masclīni.

Septima regl'a.

Cōuiua cuius gēris? Cōmūis.q2 omīa noīa cuius cūq3 sint termiatiōis:si ex ipa significatiōe rerū ad

mares vel femīas solū ptinent: masculini vel feminini sunt generis. Sin utriusq; sex⁹ esse pōssunt: nisi diuersas habeāt voces: coīa sunt. Si ī significatione neutris etiā ꝯiūgi possunt: oīs sunt generis. ut hic vir. hec mulier. hic ꝛ hec parricida. hic et hec et hoc sospes.

Octaua regula.

Bon⁹ cui⁹ generis? masculini. q2 est prima vox adiectiui. Bona feminini: q2 est secūda vox adiectiui. Bonū neutri. q2 est tertia vox adiectiui.

Nona regl'a.

Musa cui⁹ generis? feminini. q2 oīa nomīa latina q̄ ī ntīo singl'ari desinūt in a: femina sunt. ut aqua cera. pluralia vero ī a desinētia: neutr̄ sunt. ut arma

Decima regula.

Greca noīa cuius generis? greca que ī as vl' ī is lōgam desinūt et similiter in a apō eos desinentia: neutra. ꝛ q̄cūq; termīationē suā seruāt gen⁹ suum apud nos seruant. ut hic boreas. crater. titan. sosia poeta. schema: et reliqua.

Undecima regula.

Cubile cui⁹ generis? neutri. q2 oīa noīa q̄ ī ntīuo singulari in e correptā vl' in i desinūt: neutra sunt. ut monile gūmi. excipiūtur a gtīs ꝯposita oīs gēris ut eiusmodi. Nā nihili: frugi: mācipi: obliqui sunt casus: cū oībus casib⁹ ꝛ gērib⁹ figurate adiuncti.

Duodecīa regula.

Sermo cui⁹ generis? masclini. q2 oīa noīa que ī ntīo singl'ari in o desinūt: nisi sint verbalia ātecedēte i: ꝛ nisi ī do vl' ī go exeāt: o ī i mutātia ī gtīo que feminini sunt gēris. pter hic ordo. cardo. et cupido pro deo. ut hec actio. oratio. dulcedo. origo:

masculia sunt.pter caro carnis qd ē femīnuʒ.mar-
go tā masculī q̄ʒ femīni gēris īuenit̄.virgo āt cōis.

Deciatertia regula.

Cornu cuis gēris?neutri.q2 ōia nomia ī u.vl̄ in c.
vel ī d.vl̄ in l.vel in m.vel ī t.in nomiatio singula
ri desinētia: neutra sunt.ut genu.lac.aliquod.ceruī
cal.tēplum.caput. Excipit̄ hic sal. quod tamē apd
veteres neutrū īuenitur.hic pugil.hic sol.hic ⁊ hec
presul.exul.vigil.hic ⁊ hec et hoc nequā.

Deciaquarta regula.

Numen cui⁹ gēris?neutri.qa oia noia ī n desinētia
si pducūt ultimā:aut si a canēdo cōponunt̄: mascu
lina sunt. Sin corripiūt:nisi a canēdo cōposita:neu-
tra sunt.ut hic lien.ren.splen.hoc solamē semē fla-
men.hic tubicen cornicē fidicē. Excipit̄ hic pecten
hic flamēpro sacerdote. Greca vero ī n gen⁹ suum
suāt.ut hic titan.hic syrē.hic delphin.hec beleusin

Deciaquita regula.

Laquear cui⁹ gēris?neutri. qa oia noia desinētia ī
ar neutra sunt.ut instar.lacunar. Excipit̄ hic bo-
star.hic lar.hic ⁊ hec ⁊ hoc par. et sua cōposita.

Deciasexta regula.

Cancer cui⁹ gēris?masculini. qa oia nōina in er de
sinētia:masculia sunt.pter noia tertie declītionis: b
vel u loco cōsonātis āte r hn̄tia.vel terre fetus sigi
ficātia.ut hic puer.ager.auster.hoc tuber.suber. ca
dauer.hoc siler.papauer.cicer. Excipit̄ hic imber.
et ab eo cōposita.septēber.mulciber.hoc iter spiter
cancer p morbo. Degener.papauer.uber cōmunis
vel potu⁹ omnis sunt generis.

Deciaseptima regula.

Uir cuius gēris?masculini.qa in ir desinētia noia:

masculina sunt.ut hic leuir.treuir.abadir. Excipi-untur hoc gadir.z hoc ir.

Decīaoctaua regula.

Honor cui⁹ generis? masculini. qa ōnia noīa in or desinētia masculīa sunt.ut labor.lector. pter cōpa-ratiua:q̄ coīs sunt generis. Excipiuntur hic senior. hec arbor.hoc marmor.equor.ador.cor.hic et hec memor īmemor.et a dedecore corpore vel colore cōposita.que coīa sunt.ut dedecor.bicorpor.disco-lor.Auctor etiā est coīs gēris. nisi cū eum sigĩficat qui auget. tūc enī auctrix facit femininum.

Decimanona regula.

Robur cuius gēris? neutri.qa in ur desinentia noīa neutra sunt.ut iecur.guttur.pter noīa deoꝝ vl' gēti lia.vel appellatiua auiū. vel x aut t āte ur habētia. q̄ masculīa sunt.ut anxur.astur.turt.fur fur.verba-lia vero que hōib⁹ imponūtur: si sunt tertie declina tiōis: coīa sunt.ut augur.fur.trifur. qbus additur ligur.Sin secūde: masculīa.ut satur.

Uigesima regula.

Ciuitas cui⁹ generis? Feminini. qa ī as desinentia noīa femina sunt.ut pietas. pter patria z gētilia. q̄ coīa sunt.ut arpinas.capenas.archas. Excipiūtur hic mas maris.vas vadis.as assis.hoc vas vasis. fas.nefas.et nugas.ōnis gēris z indeclīabile.

Uigesimaprima regula.

Surges cui⁹ gēris? masculini. quia in es correptā desinētia:q̄ nullā significatiōis naturalē cōmunionē habēt cū feminis: masculina sunt.ut trames limes Excipiūtur duo in ges.ut hec seges z teges. cōpes cōpedis.Item inquies.quod ōnis generis īuenit.

Uigesimasecūda regula.

Datiuus et ablatiuꝰ plurales in is desinunt. Femina tamē pauca trāsfigurata ex masculis nō habētibꝫ neutra q̄ per sexū discernūtur: faciūt dtiuꝫ et ablatiuꝫ ī bus. ut natabꝰ. filiabꝰ. liberabꝰ. asinabus. His addūtur animabꝰ. ābabus. ⁊ duabus.

Octaua regula.

Accusatiuus pluralis semp terminatur in as.

De modo examinādi.

Poeta que pars est? Nomē est. Quid ē nomē? Est pars orōnis cū casu corpꝰ aut rem ppe cōmuniterue significans.

Poeta ē pars declīabilis aut indeclīabilis? Declīabilis. Quot sunt partes orōnis declīabiles? quatuor. Nomē. verbū. participiū. ⁊ pronomen. Quot sunt partes orōnis indeclīabiles? quatuor. ꝑpositio aduerbiū. iteriectio. et cōiunctio. Quare dicr̄ nomē: quasi notamē. qꝛ hoc notemus uniuscuiusqꝫ substātie qualitatē. vel a greco: quod est.

Nomini quot accidūt? qnqꝫ. Spēs. Genꝰ. Numerꝰ. Figura. ⁊ Casus. Cuiꝰ spēi? Deriuatie. Unde deriuat: A poesis. Quot sunt spēs noīum? due. ꝑmitiua. ut iuliꝰ ⁊ mōs. Deriuatia: ut Juliꝰ ⁊ mōtanꝰ.

Quale nomē est? Substātiuū. qꝛ ꝑpōit ei unum articulare tātum. ut hic poeta. Quotuplex ē nomē Duplex. substātiuū ⁊ adiectiuū. Substātiuū cui ꝑpōitur unū articulare tātuꝫ. ut hic liber. vel duo ad plus. ut hic ⁊ hec homo. Et adiectiuū: qđ variatur per tres diuersas voces. ut probus pba probū. vel tres articulos. ut hic ⁊ hec ⁊ hoc felix.

Quale nomē substātiuū est poeta? Appellatiuū.

Quotuplex est nomē substātiuū? Duplex. Quod Propriū: qđ uni soli rei ꝯuenit. ut Pyrrhus ⁊ pene

lope. Et appellatiuū: qđ ē cōe mltoꝝ. ut homo leo
Qui⁹ spēi tam pmitioꝝ q̄ʒ deriuatioꝝ est poeta:
Corporalis. q2 corp⁹ significat. Quot sunt spēs tā
pmitiuoꝝ q̄ʒ deriuatiorū noīuʒ: Uigitiqnqʒ. Cor
porale. icorporale. omonimū. synōimū. pprīū. ap
pellatiuū. substātiuū. adiectiuū. ad aliqd dictum. q̄si
ad aliqd dictū. gētile. patrium. iterrogatiuū. isinitū
relatiuū. collectiuum. diduuʒ. ficticiuʒ. gērale. spe
ciale. ordīale. nūerale. absolutuʒ. tēporale. ⁊ locale.
Qui⁹ spēi deriuatioꝝ pprie: denoīatie. q2 a noīe
deriuat: qđ est poesis. Quot sunt deriuatioꝝ nōī
nuʒ spēs pprie: nouē. Patronicuʒ. possessiuū. ꝯpa
tiuuʒ. suplatiuuʒ. dīnutiuuʒ. denoīatiuuʒ. verbale.
participiale. aduerbiale. Qui⁹ gēris poeta: mascu
lini. q2 p̄ponitur ei unum articlare pnomē hic.
Quot sunt gēra noīnʒ: septē. Masclinuʒ cui p̄po
nit hic. ut hic pyrrhus. Feminuʒ cui p̄pōit hec. ut
hec penelope. Neutruʒ: cui p̄pōitur hoc. ut h⁹ aīal.
Cōe cui p̄ponunt hic ⁊ hec. ut hic ⁊ hec homo. Om
ne cui tria articlaria pnoīa p̄ponuut. ut hic ⁊ hec ⁊
hoc felix. Pmīscuum: qđ sub una voce ⁊ uno arti
culo denotat aīalia utriusqʒ sex⁹. nt hic passer. hec
aquila. Incertuʒ: qđ nulla ratiōe cogēte: sola aucto
ritas veteꝝ sub diuerso gēre ptulit. ut hic vl hec fi
nis talpa. ⁊ reliqua. Poeta p quā regulā ē generis
masclini: per decimā de gērib⁹: qua notat ꝙ omīa
noīa greca: q̄ in as vl in is lōgaʒ desinunt: ⁊ simlr
ī a apđ eos desinētia neutra: ⁊ q̄cunqʒ termiatōeʒ
suam seruāt: genus suum apud nos seruāt. ut hic
boreas. crater. tirā. sosia. poeta. et reliqua.

Prima decliatio per quot genera decliat: Tria.
masculinum. femininum. et neutrum.

Quius nũeri poeta; singl'aris. qr singl'arit pferf.
Quid ē numer⁹: Est dictiõis forma: q̃ discretionē
quãtitatis facere põt. (ut hoĩes.
Quot sunt nũeri nõium: duo singl'aris ut hõ. pl'is
Quius figure poeta: simplicis. qr simpl'r pfertur.
Quot sunt figure noĩum: Tres. simplex ut aĩus.
cõposita ut magnãim⁹. decõposita ut magnãimitas
Quot modis noĩa ↄponũtur: quatuor. ex duobus
integris. ut suburbanus. ex duob⁹ corruptis. ut effi
cax mũiceps. ex integro et corrupto. ut inept⁹ isul
sus. ex corrupto ⁊ integro. ut nugigerulus. Aliqñ
ex pluribus. ut inexpugnabilis. imperterritus.
Capsis quõ ↄpõit: ex plurib⁹ corruptis. cape si vis
Poeta cui⁹ casus: Nõiatiui vocatĩ ⁊ ablt̃i singl'a
ris. qr in talib⁹ casibus declinando repitur. Poete
cuius casus: gẽitiui ⁊ datiui singularis: nt̃i ⁊ voca
tiui pluralis. In hoc loco poeta currit: poeta cui⁹
casus: Nõiatiui. qr est suppositũ huius verbi cur
rit. quod requirit ãte se nominatiuum.
Quid est casus: est motus casualiũ dictionũ: qui
maxime fit in fine. Unde dicit casus: a cadẽdo. qꝛ
q̃si a recto cadere videat. ũde rct⁹ iprope dr̃ casus.
Quot sunt casus noĩum: sex. ntũs. gtũs. datiuus.
accusatiu⁹: vtũs. ⁊ abltũs. Qua littera terminatur
poeta: a vocali. Quot sunt termiãles littere nõiũ
quib⁹ latini utũt: quatuordeciꝫ. vocales qnqꝫ. a. e.
i. o. u. semiuocales sex. l. m. n. r. s. x. mute tres. c. d. t
Quot sunt declinatões nõiũm: qnqꝫ. p̃ma cuius
gtũs singl'aris in ae diptõgon: vel in es lõgã desi
nit. ut poeta poete. ⁊ rhetorice rhetorices. Secũda
cuius gtũs: et reliqua ut supra.
Poeta cui⁹ declĩnatõis: p̃me. qr ei⁹ gtũs singl'aris

in ae diptõgon desinit. Ntũs singularis pme de-
cliatõis quot terminatões habz: quatuor. a. e. as. es
et unã hebreã am. ut poeta. rethorice. aeneas. ãchi
ses. abraaz. Poeta qũo facit i gtõ: Facit i gtõ et
dtõ singulari ꝛ ntõ ꝛ vocatõ plurali poete. Per
quã regulã: per secũdã prime decliatõis. qua di-
citur. ꝙ gtũs ꝛ dtũs singłares ꝛ ntũs et vocatiuus
plurales in ae diptõgon desinũt semp. exceptis gẽi
tiuis singłaribus eorũ que terminãt in e lõgũ: qui
gẽitiui terminãtur i es. Poeta qũo facit i accusa-
tõ singłari: poetã. per quã regulã: per terciã pme
decliatõis. qua notaẽ: ꝙ accusatiuꝰ singłaris i am
vel in an vł in en terminatur. ut poetam. aenean.
et anchisen. Quomodo facit in vocatõ singłaris:
facit in vocatõ ꝛ abltõ singulari poeta. per quã re
gulã: per quartã ꝛ qntã prime decliatõis: quibus
notaẽ: ꝙ vocatiꝰ ꝛ abltũs singulares in a terminã
tur. vel in e qñ veniũt ab es vł ab e. ut o aenea. an-
chise. rhetorice: ab aenea. anchise. rhetorice.
Qũo facit in gtõ plurali: poetaꝝ. per quã regulã:
per sextã prime declinatõis. qua notaẽ: ꝙ gtũs plu
ralis in arũ desinit. et plerũqz p cõcisionẽ in um. ut
troiugenaꝝ ꝛ troiugenũ. Qũo facit in datõ plura
li: facit in dtõ et abltõ plurali poetis. per quã regu-
lam: per septimã prime declinatõis: qua notatur:
ꝙ datiuus et ablatiuꝰ plurales in is desinunt. Femi
nina tamen pauca. et reliqua.
Poeta qũo facit in accusatõ plurali: poetas. per
quã regulam: p octauã pme declinatõis. qua notaẽ
ꝙ accusatiuꝰ pluralis semp terminatur in as.
Poeta qũo declinatur:
Nõinatiuo hic poeta. Gẽitiuo huiꝰ poete. Datõ

huic poete. Acsūo hunc poetam. Uocatiuo o poeta Abltio ab hoc poeta. Et plr ntio hi poete. gtio hoꝝ poetaꝝ. d tō his poetis. accusatiuo hos poetas. Uocatiuo o poete. abltio ab his poetis.

Ntō hec musa. gtō huius muse. dtio huic muse. accusatio hāc musam. vtio o musa. ablatio ab hac musa. Et pluralr̄ ntio he muse. genitiuo haꝝ musarum. dtio his musis. accusatio has musas. vocatio o muse: ablatiuo ab his musis.

Ntio hic ⁊ hec aduena. genitiuo hui⁹ aduene. datiu o huic aduene. accusatiuo hūc et hanc aduenam vocatiuo o aduena. ablatiuo ab hoc ⁊ ab hac aduena. Et pluraliter nominatiuo hi ⁊ he aduene. genitiuo hoꝝ ⁊ harum aduenarū. dātiuo his aduenis. accusatiuo hos ⁊ has aduenas. vocatiuo o aduene ablatiuo ab his aduenis.

De secunda declinatione.

Prima regula.

NOminatiuus secunde declinatiōis quot terminationes habet? Sex. Er. ir. ur. us. um. eus. ut caper. alexander. hiber. hispanus. et fluuius. qui etiam hibarus dicitur. qđ solum ꝓduxit er in hac declinatiōe. et ab eo cōpositum celtiber. nam pro gēte q̄ est iuxta armenos hiber hiberis dicit. In ir ⁊ ur latinoꝝ tātum masculoꝝ. ut vir et satur. In us ut planus. In um neutroꝝ et figurate femininorū. ut regnum glycerium. In eus greca tātum et masculina. ut theseus. thideus.

Secunda declinatio per quot gēra declinatur? p tria. masculinum. feminīnum. ⁊ neutrum.

Secūda regula.

Genitiuus singularis in i desinit. Et in ir vl in ur

vel in eus desinētia: una semper syllaba vincūt in gtio. In us vero et i um pares hn̄t syllabas.

Tertia regula.

Dtūs et abltūs secūde decliationis fiūt a gēitiuo: i mutata in o. ut huius luciferi. huic et hoc lucifero huius Thiphei: huic et hoc Thipheo.

Quarta regula.

Accusatiu9 singularis secūde decliatiōis desinit i um. ut priamū. theseū. greca vero in eus desinunt etiā in a. ceta vero ī on terminat̄. ut thesea. p̄amon

Quinta regula.

Vocatiu9 singlaris secūde decliatiōis qn̄ in er vl in m desinit: ntūs similis ei est. In eus vero desinē-tib9 pp̄riis: grecus est vtūs: qui a ntō fit: ablata s ut o theseu. In us desinētia: mutata us in e: faciunt vtūm. Si autē āte us i sit ī pp̄riis: abiecta us faci-mus vocatiuū. ut Uirgilius o virgili. Dicim9 etiā fili pro filie: Dicūt etiā cristiani. deus: agnus: vul-gus: pelagus: poplus: fluuius in vocatiuo.

Sexta regula.

Pluralis ntūs et vocatiu9 tā masculin9 q̄z femi9 secūde decliatiōis similis ē gtio singulari. Neutri vero generis: ntūs et accusatiu9 et vtūs plurales fi-niūt in a. In ōnib9 eni neutris tres sunt similes. no-miatiu9 accusatiu9 et vocatiu9. et in plurali nūero semper desinūt in a: nisi sint greca. ut tēpe. cepe.

Septima regula.

Gtūs pluralis secūde decliatiōis fit i ōni genere addita rum abltio singlari. ut magistro magistro-rū. Multa tamen per syncopen dicūtur. ut denum. septenū. senuz. tricenū. numū. sextertium. modium. liberū. fabrum. elemētum. iugerum.

Octaua regula.

Datiu⁹ ⁊ abltūs plurales secū̄de declinatiōis fiūt ab abltō singulari: mutata o in is longam.

Nona regula.

Accusatiuus pluralis secū̄de declinatiōis tā̄ masculin⁹ q̄₃ femīnus fit addita s abltīo singulari.

Decima regula.

Noīa que secū̄dum modū̄ ꝑnōis declinā̄tur sunt octo. Unus. totus. solus. alius. ull⁹. uter. alter. ⁊ qs vel qui cū̄ suis ꝯpositis: que etiā̄ secū̄dum mobiliū̄ noīum regulā̄ veteres declinabant. preter quis. Neuter tamē̄ neutra neutrū̄: cum utroq₃ mō̄ sicut simplex suum diceret: apud iuniores secū̄du₃ mobilia noīa declinā̄tur. Vox femina sunt una. tota. sola. alia. ulla. altera. utra. Que neutra: unū̄. solū̄. totū̄: aliud. ullum: alterū̄. utrū̄. quid vl quod. quorū̄ genitiui unius. solius. toti⁹. alius. ullius. utrius. Et corripiunt et producunt penultimam. alterius semper corripit.

Nomīatiuo hic magister. Gtīo huius magistri. Datiuo huic magistro. Accusatīo hū̄c magistrum Uocatīo o magister. Abltīo ab hoc magistro. Et pluralr ntīo hi magistri. Gtīo hoꝝ magistrorum. Datiuo his magistris. Accusatiuo hos magistros Uocatīo o magistri. Abltīo ab his magistris.

Ntīo hec pinus. Gtīo huius pini. Dtō huic pino Accusatiuo hā̄c pinum. Uocatiuo o pine. Ablatiuo ab hac pino. Et plr nōiatiuo he pini. Gēitiuo harū̄ pinoꝝ. Dtīo his pinis. Accusatiuo has pinos. Uocatiuo o pini. Abltīo ab his pinis.

Nomīatiuo hoc templū̄. Gtīo huius tē̄pli. Dtīo huic templo. Accusatīo hoc templum. Uocatiuo o

templuз. Abltio ab hoc templo. Et plura l'r noīatio hec tēpla. Gtio hoꝝ temploꝝ. Datio his tēplis. Accusatiuo hec templa. Uocatio o tēpla. Ablatiuo ab his templis.

Nomīatiuo ullus ulla ullum. Genitio ulli⁹. Dtio ulli. Accusatio ulluз ul'ā ullum. Abltō ab ullo ulla ullo. Et plr noīatiuo ulli ulle ulla. gtio ulloꝝ ullarū ullorum datiuo ullis. accusatio ullos ullas ulla. ablatiuo ab ullis.

De tertia decliatione

Tertia declinatio per quot genera declinatur? Per omnia.

Prima regula.

Quot sunt termīationes noīum tertie decliatōis Quīquagintaquatuor. Que? in a. ut poema. in e. ut monile. in o. ut leo. in ac. ut lac. in ec. ut allec. ī id hebrea ⁊ barbara. ut dauid. in al ut sal. in el ut mel. in il ut pugil. in ol ut sol. in ul ut cōsul. in an ut titan. in en ut splen. in ī ut phorcin. ī on ut sydō. ī ar ut par. in er ut pater. in ir ut gadir. ī or ut amor. ī ur ut turtur. in as ut pallas. ī es ut comes. in is ut collis. in os ut cōpos. in us ut lep⁹. in abs ut trabs. ī ebs ut celebs. ī ibs ut calibs. in obs ut scrobs. ī urbs ut urbs in uls ut puls. in ēs ut hyems. in ans ut dodrās. in ens ut dēs. in ins ut tiris. in ōs ut fons. ī uns ut arūs. in aps ut daps. in eps ut āceps. ī ips ut cinips. ī ops ut ops maī deoꝝ. ī irps ut stirps. ī ax ut fax. ī ex ut fex. ī ix ut phenix. ī ox ut velox. ī ux ut crux in aes ut praes. ī aus ut fraus. in ut ut caput. ī alx ut calx. ī anx ut lāx. ī arx ut arx. in unx ut cōiunx.

Secunda regula.

Genitiu⁹ singl'aris tertie decliatōis ī is correptā

desinit. Excipit vis huius vis. qd pducitur.

Tertia regula.

Datiuus singularis tertie declinationis fit a geni
tiuo abiecta s.

Quarra regula.

Accusatiuus singularis tertie decliatõis fit a gtõ
singulari is mutata i e m. In is tamẽ termiata pp
a vl greca similẽ habẽtia ntũm gtio: i im terminãt
accusatiuũ. ut tybrim. ararim. neapolim. pterea la
tina hec iueniũtur. turrim. tyburi. burim. securim.
puppim. sitim. resti. vim. pelui. tussim. maguderis
puppẽ etiã et securẽ et turrẽ & restẽ ineniās. In gre
cis vero tã in hac q̄z in aliis declinationibus greca
termiatio in a inuẽitur. ut peana titana.

Quinta regula.

Vocatiuus singularis tertie decliationis similis est
nomiatiuo singulari. nisi sit vocatiuus grecus: qui fit
a ntio ablata s. vl a gtio ablata tis. ut Thebai. chal
can. palla. xenophon.

Sexta regula.

In e correptã neutra (nisi sint ppria) similẽ habẽt
abltũm singularẽ dtio singlari. ut ab hoc mari. na-
tali. monili. Excipit hoc gausape. qd veteres & hic
gausapes. & hec gausapa. & hoc gausape et gausapi
ũ dixerũt. Simlr i ar neutra & i al penultiaz in o-
bliqs pducẽtia. et i ar & in is adiectia: si faciũt in e
neutra. et q̃ in im tãtum terminãt accusatiuũ. & i is
vel i r noia mẽsiũ: i i pductã faciũt abltũm singu-
larẽ. ut tribunali. lupiari. celeri. utili. tibri. apli. sep-
tẽbri. excipĩ ab hoc farre. Oia vero que i im vel in
em faciũt acstũm: & q̃ omis gẽris sunt: & q̃ in uis vl
in ctis. vel in ptis. vel in mnis. vel in guis. vel in

guis exeūt.et oīa fere q̄ duas ante is ɔſonantes in eadē habeāt ſyllaba.cōpatiua et ſimil̄r in ix feminina verbalia et circūflexa: que apd̄ veteres ī us deſinebāt: tam ī e q̄ȝ in i faciūt ablatiuū. ut ſecure vel ſecuri.vigile vl̄ vigili.vetere vl̄ veteri. pare vl̄ pari.inope vel inopi.ācipite vl̄ ancipiti.naue vl̄ naui. vecte vel vecti. nepte vel nepti. amne vel amni. igne vl̄ igni.āgue vl̄ āgui.poſte vl̄ poſti.miore vl̄ minori.victrice vl̄ victrici.arpiate vl̄ arpiati. hoſpes ꝛ ſoſpes cū ſint oīs generis: hoſpite ꝛ ſoſpite faciūt.nec ſunt ɔtra regulā:cū habeāt feminū in a. Excipiū veſtis.peſtis.teſtis.ꝛ pauper.degēer. uber que per e ſolū faciunt abltūm.mēore vl̄ memori dr̄ q̄m ntūs mēoris ꝛ hoc mēore dictū eſt. ut ɔcorde l̄ ɔcordi.Inueīt etiā cōcordis et hoc cōcorde. ſicut amētis ꝛ hꝰ amente.Oīa nomīa tertie decliatiōis p̄ter ſupradicta in e faciūt abltūm. ut patre. claſſe. Auctoritas tamē ꝛ in i q̄nqȝ profert.ut Uirgilius. Adductam aeneam claſſi.

Septima regula.

Noīatiuus pluralis tertie decliatiōis in maſculīs femīnis ꝛ cōibꝰ: fit a gtīo ſingl̄ari mutata is in es. ut matres felices. Excipiūtur ſardis.trallis.alpis ſyrtis.que is ꝑductā habēt ꝑ greca diptōgo. Neutra vero ſi abltūs in i ſola vel in e deſinit: preter cōparatīa correpta i et addita a. Si vero ī e ſolam ſimil̄r ɔpatiua mutata e in a faciūt ntūm pluralem ut monilia.paria.felicia.tēpora.maiora.Excipiuntur vetera.ludrica.pluria.vel plura.ampluſtria ul̄ ampluſtra.

Octaua regula.

Gēitiuus pluralis tertie decliationis cū in i ſoluȝ

vel in e ꝛ in i desinit abltūs: in ium facit. ut sedile se diliū. felice vł felice feliciū. Cōpatiua vero i ū faciunt. ut a maiore vł maiori maioꝝ. a miore vł mio ri mioꝝ. In e vero solū faciētia abltiuꝫ: si ntius in duas termiatur ꝯsonātes: i iū fatiūt. ut fonte fonti um. frōte frōtiū. exceptis i ms vł i ps: si non sunt a capite ꝯposita. q̄ in ū faciūt. ut hyems hyemū. mūi ceps mūicipū. A capite ꝯposita i ium termināt gēi tiuū. ut triceps tricipitū. q̄ vero gtūm parē hn̄t ntīo i ium faciūt. ut collis colliū: cedes cediū. Excipit iu uenū. canū. panū. Uetus. vigil. memor. supplex. artifex. quāuis i e ꝛ in i terminēt abltūm: nō tamē in iū sed i um faciūt gtūm. Pluralia i es q̄ carēt singu larib⁹: gtūm in iū faciūt. ut vires viriū. penates pe natiū. Simłr in is lōgum desinētia. ut lis litiū. sam nitis samnitiū. Nox etiā noctiū facit. Cetera omīa desinūt in um. ut poema poematū. Excipitur bouꝫ a boue pro bouū. In es terminata pares habentia syllabas cū gēitio: et in as freq̄ntius per syncopen dicūtur. ut vatū. probitatū. nam supplicū artificum iudicum differētie causa dicta sunt.

Nona regula.

Datiuus ꝛ abltūs pluralis tertie decliatiōis nasci tur a gtīo singulari interiecta bu. ut felicibus. bōib⁹ penatibus. Excipit bobus. Frequēter tamen greca neutra i a in is longā termināt datiuos ꝛ ablatiuos plurales. ut poematis ꝓbleumatis.

Decima regula.

Accusatiu⁹ ꝛ vocatiu⁹ plurales tertie decliatiōis similes sunt ntīo plurali. ut latrones. matres. syrtis alpis. Omīa que habēt similē nomīatio genitiuū: et que in i solā termināt abltīum: et q̄ pluralia sunt

in ns vel in rs desinētia: plerūq3 per is raro per es termināt accusatiuū pluralē. ut ōnis alacris. penatis. fontis. partis. In x vero desinētia triū generū raro per is. plures et lites tā per es q3 per is.

¶Nōiatiuo hic pater. Gtio hui⁹ patris. Datio huic patri. Accusatiuo hunc patrem. Uocatio o pater Abltio ab hoc patre. Et plr ntō hi patres. Gtio horū patrū. Dtio his patrib⁹. Accusatiuo hos patres Utio o patres. Ablatiuo ab his patribus.

¶Noiatio hec virtus. Gtio hui⁹ virtutis. Datio huic virtuti. Accusatio hāc virtutē. Utio o virtus Abltio ab hac virtute. Et plr ntō he virtutes. Gtō harū virtutū. Dtō his virtutib⁹. Acstio has virtutes. Utio o virtutes. Abltō ab his virtutibus.

¶Noiatio hoc opus. Genitio hui⁹ operis. Datiuo huic operi. Accstio hoc opus. Utō o opus. Ablatio ab hoc opere. Et plr ntō hec opa. Gtio hoꝝ opeꝝ. Dtio his operib⁹. Accusatio hec opera. Uocatiuo o opera. Ablatiuo ab his operibus.

¶Ntio hic ⁊ hec homo. gtō huius hoīs. datio huic homini. accusatiuo hunc ⁊ hāc hominē. vocatiuo o homo. ablatiuo ab hoc et ab hac homine. Et pluraliter ntio hi ⁊ he homīes. genitiuo hoꝝ ⁊ harum hominū. dtio his homībus. accusatiuo hos et has homīes. vtō o homīes. abltō ab his homībus.

¶Ntio hic et hec ōnis et hoc ōne. gtō hui⁹ ōnis. datiuo huic ōni. acstio hūc ⁊ hāc ōnem ⁊ hoc ōne. vtō o ōnis et o ōne. abltō ab hoc ⁊ ab hac et ab hoc ōni. Et plr ntō hi ⁊ he ōnes et hec ōnia. gtio hoꝝ ⁊ harū ⁊ hoꝝ oīum. dtō his oīb⁹. accusaio hos et has ōnes ⁊ hec ōnia. vocatiuo o ōnes ⁊ o ōnia. ablatiuo ab his omnibus.

Noiatio hic ꝛ hec pulchrior ꝛ hoc pulchriꝰ. Gtō huiꝰ pulchrioris. Dtīo huic pulchriori. Accusatiō hunc ꝛ hāc pulchriorē ꝛ hoc pulchriꝰ. Uocatiuo o plchrior ꝛ o pulchriꝰ. Abltō ab hᵒ ꝛ ab hac ꝛ ab hᵒ pul chriore vel pulchriori. Et plr ntīo hi ꝛ he pulchriores ꝛ hec pulchriora. Gtīo hoꝝ ꝛ haꝝ ꝛ hoꝝ pulchrioꝝ. Dtō his pulchrioribꝰ. Accusatio hos ꝛ has pulchriores ꝛ hec pulchriora. Uocatio o pulchriōes ꝛ o pulchriora. Abltio ab his plchrioribꝰ

Nōiatō hic ꝛ hec ꝛ hoc felix. gtīo huius felicis. datiuo huic felici. accusatio hūc ꝛ hāc felicē ꝛ hᵒ felix vocario o felix. abltio ab hoc ꝛ ab hac ꝛ ab hoc felice vel felici. Et plr ntio hi ꝛ he felices ꝛ hec felicia. gtio hoꝝ ꝛ harū ꝛ hoꝝ feliciū. dtio his felicibꝰ. accusatiuo hos ꝛ has felices ꝛ hec felicia. vocatiuo o felices ꝛ o felicia. abltio ab his felicibus.

De quarta decliatiōe.

Quarta decliatio per quot genera declinatur? Tria. masculinū. femininū. ꝛ neutrum.

Prima regula.

Quot termiatiōes habet ntūs quarte decliatōis? Duas. In us correptā masclioꝝ et feminoꝝ. et ī u productā neutroꝝ. que etiā indecliabilia sunt ī singulari numero.

Secunda regula.

Gtūs singlaris quarte declinationis fit a nomīatiuo producta us.

Tertia regula.

Datiuus quarte decliationis fit a genitio abiecta s ꝛ addita i penultima correpta. ut currui.

Quarta regula.

Accustiꝰ fit a ntīo. mutata s in m. ut senatum.

Quinta regula.
Uocatiu⁹ similis ē ntō.ut o senatus.
Sexta regula.
Ablatiuus fit a nōīatiuo remota s. ut a senatu.
Septima regula.
Nōīatiuus acstūs ⁊ vtūs plurales quarte decli-
natiōīs similes sunt gēitiuo singulari.ut senatus.
Octaua regula.
Gtūs pluralis quarte declinatōīs fit a ntō singu-
lari abiecta s ⁊ addita um.ut curruum.
Nona regula.
Dtūs ⁊ abltūs plurales quarte declinatōīs: fiunt
a ntō singulari mutata u in i: et interposita bu. ut
māibus senatibus. Excipiūtur differētie cā artubus
arcubus partubus. portubus vero: tribub⁹: lacu-
bus: ficubus: q̄rcubus: specubꝫ. nulla cogēte cā diffe
Decima regula. (rētie.
Neutra quarte declinationis correpta u nōiatiui
singularis ⁊ assumpta a faciūt ntūꝫ acstūm ⁊ voca
tiuū plurales. In reliquis casibus sequūt̄ declinati
onē masculinoꝝ ⁊ femininoꝝ ut supra.
Ntō hic visus. gtō huius visus. dtō huic visui. ac
cusatiuo hūc visuꝫ. vtō o visus. abltō ab hoc visu.
Et plr̄ ntō hi visus. gtō hoꝝ visuū. dtō his visibus
acstō hos visus. vtō o visus. ablrō ab his visibus.
Ntō hec manus. gtō huius māus. dtō huic māui.
accusatiuo hāc manum. vtō o manus. abltō ab hac
manu. Et pluralr̄ ntō he māus. gtō haꝝ manuum
dtō his māibus. accusatiuo has māus. vocatiuo o
manus. ablatiuo ab his manibus.
Ntō hoc cornu. gtō huius cornu. dtō huic cornu.
accusatiuo h° cornu. vocatiuo o cornu. ablatiuo ab

hoc cornu. Et plr ntio hec cornua. gtio hoꝝ cornu
um. dtio his cornibus. accusatio hec cornua. voca-
tiuo o cornua. abltio ab his cornibus.

De quīta declīatione.

Quinta declinatio ꝑ quot gēra declīatur? ꝑ unū
maxime femīnum. excipit unum. dies: quot
in singulari numero tam masclini q̄z femīni gene-
ris īuenit. ī plurali vero semꝑ masclini gēris est.

Prima regula.

Quīta declīatio quot termīatiōes habet? unā ī es
ꝓductā.

Secunda regla.

Gēitiu⁹ et dtīus qnte declīatiōis fiunt a ntio sin-
glari: abiecta es: ⁊ assūpta i. ut fides fidei. acies aci
ei.

Tercia regula.

Accusatiu⁹ singularis qnte declīationis fit a nomi
natiuo: mutata s in m. ut hāc rem. diem.

Quarta regla.

Vocatīus singlaris ⁊ ntīus ⁊ accusatiu⁹ et voca
tiuus plurales qnte declinationis similes sunt nōi-
natiuo singlari.

Quīta regula.

Abltīus singlaris fit a ntīo abiecta s. ut die.

Sexta regla.

Genitiuus pluralis qnte declīatiōis fit ab ablati-
uo singulari: addita rum.

Septima regula.

Datiuus ⁊ ablatiu⁹ plurales fiūt ab ablatīo singu
lari addita bus. ut diebus.

Ntīo hec res. gtīo hui⁹ rei. dtō huic rei. acsīo hāc
rē. vtō o res. abltō ab hac re. Et plr ntō he res. gtō
haꝝ reꝝ. dtō his reb⁹ acsīo has res. vtō o res. abltō
ab his reb⁹.

Ntio hic vl hec dies. gtō hui⁹ diei. dtō

huic diei. Accusatiuo hūc vel hāc diē. Vocatio o dies. Abltio ab hoc vł ab hac die. Et plr ntō hi dies Gtio hoꝝ dierū. Dtio his dieb⁹. Accusatio hos dies. Vtio o dies. Abltio ab his diebus.

Ntio hec spes. gtio hui⁹ spei. dtio huic spei. accusatiuo hanc spem. vocatio o spes. abltio ab hac spe. Et pluratiter ntio he spes. accusatiuo has spes. vocatiuo o spes. Reliquis caret.

Quō declinātˀ adiectiā q̄ variātur p̄ tres voces:

Nomiatio bonus bona bonū. Gtio boni bone boni. Dtio bono bone bono. Accusatio bonū bonam bonum Vtiuo o bone bona bonū. Abltiuo a bono bona bono. Et plr ntio boni bone bona. Gtio bonorū bonaꝝ bonoꝝ. Dtio bonis. Accusatio bonos bonas bona Vtio o boni bone bona. Ablatio a bonis.

Pluratr ntio hi duo he due hec duo. gtio duorū duaꝝ duoꝝ. dtio duob⁹ duab⁹ duob⁹. accusatio duos duas duo. Vocatio o duo due duo. ablatio a duobus duabus duobus.

Pluratr ntio ambo ambe ambo. gtio āboꝝ ambarū amboꝝ. dtio ambob⁹ ambabus ambobus. accusatiuo ambos ambas ambo. vocatio o ambo ambe ambo. abltio ab ambob⁹ ambab⁹ ambobus.

## De verbo.

Verbum qd est: est pars orōis decliābilˀ cum modis ⁊ tēporib⁹ sine casu agēdi vł patiendi significatiua. Unde dicī verbū: a verberatu aeris. qꝛ proferēdo aer verberatˀ. Licet ei hoc accidat ōnibus partibus orōis: tamē p̄cipue ī hac dictiōe q̄si propriū eius accipiī, qꝛ hac freqnti⁹ utiur ī ōi orōe

Verbo quot accidūt: Octo: Gēus. Tēpus. mod⁹ spēs. figura. ꝯiugatio. persona. cum numero.

Quot sunt genera verboꝝ? qnqȝ. Actiuū. Passiuum. Neutrū. Cōmune. et Deponens.
Quod est verbum actiuum? quod in o desinens facit ex se passiuum ī or.
Quod est verbū passiuum? quod in or desinēs descendit ab actiuo.
Quod est verbum neutrum? quod in o desinens: non facit ex se passiuum.
Quod est verbum cōe? quod in or desinens: nō descēdit ab actiuo. ⁊ retiet utrāqȝ significationē.
Quod est verbū deponēs? quod ī or desinēs nō dscēdit ab actio. et retiet unā significationē.
Quot sunt tēpora verboꝝ? quiqȝ. Pñs. ꝑtitū īperfectū. ꝑtitū pfectū. ꝑtitū plq̄ȝpfectū. et futurū.
Amo cuius tēporis? Presentis. quia presentē habet significationem.
Amabam cuius tēporis? pretiti iperfci. qr significat quod cepit geri ⁊ nōdum est perfectum.
Amaui cuius tēporis? pteriti perfecti. qr res perfecta monstratur.
Amauerā cuius temporis? preteriti plusquāperfecti. qr res iā pridē perfcā ostēditur.
Amabo cuius tēporis? futi. qr res futura mōstrat.

De modis verboꝝ.

Quid est modus? Est inclinatio animi declinationē verbi significans.
Quot sunt modi verboꝝ? Quiqȝ. Indicatiꝰ. Imparatiuus. Optatius. Subiūctiꝰ. et Infinitiuus.
Quid ē modꝰ idicatiuus? quo idicāus qd agitur.
Quid ē modꝰ impatiuꝰ? quo ut fiat aliqd iperāus
Quid est modus optatiuꝰ? qui eget aduerbio optandi ut perfectū significet sensum.

Quis est modus subiūctiu⁹? qui nō solum eget ad
uerbio vł cōiunctiōe: verū etiam altero verbo: ut
perfectum significet sensum.
Quis est modus īfinitiu⁹? q caret nūeris ꝛ psonis
ꝛ eget aliq° alioꝝ modoꝝ: ut pfctū significet sensū
Quid īterest īter infinitū ꝛ impsonale? qꝺ īfiniti⁹
altero verbo finito ōnino eget. Impersonale vero
perfectū actum significat per omnes modos.
Indicatiu⁹ quot tēpora habet? qnq;. pn̄s. p̄ṫitū ī
pfcūm. p̄ṫitū pfcūm. p̄teritū plq̄pfectū. ꝛ futurū.
Impati⁹ quot tēpōa habet? duo. pn̄s et futurum.
Optatiu⁹ quot tēpora habet? qnq;. Duo ꝯiūcta
videlicet pn̄s et p̄teritum ipfcūm. preṫitum pfectū
et plusq̄perfcūm. et futurum per se.
Subiūctiu⁹ quot tēpōa hꝫ? qnq; p se uti īdicatiu⁹
Infinitiuus quot tēpora habat? quīq;: duo ꝯiūcta
et unum per se. sicut optatiuus.
Quam vim habet infinitiu⁹? habet vim noīs rei
ipsius unde nomē verbi dictū est. ut si dicā: bonum
est legere. id est. bona est lectio.
Gerūdia infiniti vice fungūtur. qꝺ solet apꝺ gre-
cos articulos iungi. et in actiuis et cōibus verbis u
trāq; hn̄t sigificationē. ī neutris ꝛ deponētib⁹ alte-
(ram.

De speciebus verboꝝ.

Quot sunt spēs verboꝝ? Due. Primitiua ꝛ de
riuatiua. Primitiua est: que primā positio
nem a natura accepit. ut ferueo.
Deriuatiua est que a positiuis deriuatur: ut lectu
rio. feruesco. et domito.
Quot sunt spēs deriuatioꝝ verboꝝ? qnq;. Incho
atiua. meditatīa. freq̄ntatīa. desideratīa. ꝛ dīnutīa.
Quod ē verbū īchoatiuū? qꝺ iniciū act⁹ vł passiois

primitiui significat. et formatur semp a secuda psona pmitiui addita co. pter hio: qd facit hisco. et sua cõposita. ut dehisco fatisco. Oia ichoatia tertie sunt cõiugationis et neutra. et carẽt pteritis et supinis.
Que sunt meditatia: que desinũt in rio. et significãt meditationẽ cum primitio. Formantur ab ultio supino: addita rio. ut esurio mictario. Omnia meditatiua sunt quarte cõiugationis. et sunt neutra. et carent preteritis et supinis.
Frequẽtaia sunt: q frequẽtiã eius pmiti significãt: ut agito. i. freqnter ago. Quo formãt frequẽtatiua? si pteritũ pmitiui desinit in gi: formãt a sa psona pñtis: abiecta s et addita to. ut agito. cogito. legito. qd et lectito dicit. si nõ desinit i gi: formãt ab ultio supio u mutata i o. a quoqz i i breuẽ: si sint a pma piugatiõe. ut merso. curso. iperito. Omia freqntatiua sunt pme piugatiõis. et suãt sigificatõez pmitiox.
Que sunt desyderatia? Desideratia sunt q significãt infinitiuũ primitiui cũ cupio. ut viso. arcesso. facesso. id est. cupio videre. arcere. facere. Omnia desyderatiua sunt tertie piugatiõis.
Que sunt diminutiua? que in o desinũt. et diminutionem significant. ut a sorbio sorbillo.
Sunt et alie quoqz deriuatões verbox a noibus. ut a patre patro et patrisso. a greco grecisso et grecor. a poeta poetor. A verbis. ut ab albo albico. a vello vellico. Ab aduerbiis. ut a perẽdie perẽdino. a cras procrastinor. A ppositiõibus. ut ab intra intro. a supra vel super: supero superas.

De figuris verbox.

Quot sunt figure verbox? Tres Simplex. Cõposita et decõposita.

Cupio cuius figure? simplicis. q2 simpl'r pfertur.
Cocupio cui9 figure? 9posite. q2 9poit ex co 7 cupio.
Cocupisco cui9 figure? decoposite. q2 no per se co pcitur: sed a cocupio 9posito verbo deriuat.
Que sunt verba 9posita: quoz simplicia no iueniunt? sunt hec. defendo. pcutio. allicio. 9pleo. aspicio. reperio. suffragor. appello. delco. defensor ofen
Notadum q pncipale litterā quācunq3 (faris. habuerit positio verbi: i suo loco seruāus p onem decliationem. preter ago egi. eo iui vel ii.
Cum quot partib9 orōnis 9ponit verbū? cū quatuor. Noie. s. verbo. aduerbio. et prepositione. sicut participia. ut āplifico. calefacio. maledico. pduco.

De coiugatione.

Quid e coiugatio? Est cosequēs verboz decliatio: q vocalib9 secūde psone 9pre hēditur.
Quot sunt 9iugatiōes verboz? quatuor. Prima e que i secunda psona pntis idicatiui habet a pductā ante s vl' āte ris. ut amo amas 7 amor amaris.
Secunda: q i secunda psona pntis idicatiui habz e pductā āte s vl' āte ris. ut doceo ces. 7 doceor ceris. Tertia q in secunda psona pntis idicatiui habet i correpa āte s: vel e correptā ante ris. ut lego legis 7 legor legeris. Quarta que habit i pductā āte s vel ante ris. ut audio audis 7 audior audiris Et onia verba quarte 9iugatōis in io desinunt. preter queo et eo 7 veneo cum compositis.

De personis verborum.

Persone verboz quot sunt? Tres. Prima secūda 7 tertia. ut lego legis legit.
Que est prima persona? que de se sola: vel cum aliis loquitur. ut dico dicimus.

Quid est secunda persona? Ad quam vel sola vl cū aliis prima loquitur. ut dicis dicitis.

Que est tertia persona? De qua extra se et ext̄ illā posita: ad quam dirigit sermonem: loquit̄ prima. ui dicit. dicunt.

Notādum q̄ prima p̄sona et secūda verboꝝ: solis pronōibus iūgi possunt. exceptis verbis substantie vl vocādi. ut Priscian⁹ sum. vl priscianus vocor. Tertia vero cūctis nōibus iungitur.

Quare imperatiuus caret p̄ma persona in singl̄ari? quia naturaliter nullus sibi imperat.

Infinita omīa et impersonalia gerūdia et supina carēt numeris et personis.

Pluit tonat fulmīat et similia: quare primis et secūdis persoīs carēt? qr ad hoīes nō pertinēt nisi figurate per apostrophen iupiter introducatur

De numeris.

Quot sunt nūeri verboꝝ? Duo. sigl̄aris et pluralis. Singl̄aris ut lego. Pluralis ut legim⁹

De temporibus.

Prima regula.

Docebam cuius tēporis? preteriti impfci. qr quod cepit geri nōdum ē perfectū. Unde format̄? a secūda persona p̄ntis idicatiui. qr prima et secūda coniugatio abiecta s secū de p̄sone p̄ntis idicatiui: tertia et q̄rta o positōe mutata i e lōgā et addita bā: faciūt preteritum impfectum. ut amabā docebā legebā audiebam. Dicimus tamē ibam veniebam quibam.

Secūda regula.

Omne p̄teritū pfectū in i desinit. et mutata i i e correptā et assupta rā: facit p̄teritū plusquāperfectū.

Tertia regula.

Futurū indicatiui modi ī prima ꝛ secūda ꝯiugatione fit a ꝑa persona pn̄tis indicatiui abiecta s ꝛ addita bo. ut doceo doces docebo. In tertia ꝛ q̄rta: o positiōe mutata ī am. ut audiā. Excipit eo ꝛ queo ꝛ veneo quarte cōiugationis: que secūdum primam et secūdam coniugationē formāt futurum.

Quarta regula.

Secūda ꝑsona singl'aris pn̄tis īperatiui modi fit a secūda ꝑsona pn̄tis indicatiui abietta s. In tertia tamē cōiugatione: abiecta s ꝛ i in e mutata.

Tertia persona singl'aris impatiui modi fit o positiōe verbi mutata ī pma ꝯiugatōe ī et. ī aliis in at.

Prima ꝑsona pluralis tā pn̄tis q̄ȝ futi impatiui fit a sua tertia singl'ari: abiecta t ꝛ addita mus. Secūda persona pluralis fit a sua secūda singl'ari: addita te. sed in tertia etiā e in i reuertit. Tertia fit a sua tertia singl'ari: n littera āte t interposita. Secunda vl' tertia ꝑsona singl'aris futi impatiui fit a tertia singulari indicatiui addita o ꝛ ꝓducta pēultima. p̄ter quā in tertia ꝯiugatiōe. Secūda pl'is futi impatiui fit a sua secūda vl' tertia singl'ari: addita te syllaba Tertia pl'is futi fit a tertia pn̄tis pl'is īdicatiui: addita o.

Quita regula.

Prima ꝑsona pn̄tis ꝛ p̄titi īperfecti optatiui modi et p̄teriti īperfci subiūctiui fiūt a secūda ꝑsona singulari īperatiui addita rem. Preītū perfectum et plusquāperfcūm optatiui et preteritum plusquāpfectum subiunctiui formātur a prima ꝑsona p̄teriti indicatiui addita s ꝛ sem. Futurū optatī ꝛ pn̄s subiūctiui formātur ab ipsa positiōe verbi: o ī pma ꝯiugatiōe mutata ī em. ꝛ ī ceteris ī am. Preītū pfectum subiūctiui formatur a preītito pfecto īdicatiui

mutata i in e correptā & addita rim. Futuꝫ subiūcti formaꝝ a p̄terito pfcō eiusdē modi mutata rim i ro

Sexta regula.

Infinitū fit a prima psona impatiui addita re. p̄teritū perfectum & plquāpetfcūm ifinitiui fit a p̄terito perfcō idicatiui addita s & se. Futuꝝ cū supino i um et ire. vel addita esse neutrali participio futuri: ut amatum ire vel amaturum esse.

Septima regula.

Impersonalia in tur formātur a tertiis psoīs singularibus actiuis addita ur. ut amat amatur.

Octaua regula.

Amor ūde formatur? a prima psona actiui p̄ntis indicatiui. Quare? qꝛ ōnia actiua que in o desinunt addita r: que vero i m mutata m i r faciūt passiua. Preteritūꝫ perfectū & que ab eo fiūt p participium p̄teriti tēporis et sum es est. Imperatiui pa psona presentis singularis numeri fit a singlari actiua: addita re. et est similis actiuo infinitīo p̄ntis & p̄teriti imperfcī temporis. Tertia a tertia addita ur. Prima pluralis a sua actiua: mutata s in r. secunda pluralis imperatiui: a secūda p̄ntis indicatiui: abiecta tis: et addita mini. et est similis secūde plurali p̄ntis indicatiui passiui. Tertia a tertia actiui: addita ur. Prima pluralis īperatiui futuri tēporis fit a sua actiua: mutata s in r. secūda futuri passiui īperatiui fit a secūda sui p̄ntis: mutata i in or. Infinitum passiui ab actiuo: mutata e in i. que mutatio i tertia cōiugatiōe fit prius abiecta re.

Nona regula.

Actiua si in o desinūt addita r. si vero i t: addita ur. si in m vl in es in plurali nūero: ultima littera

mutata in r in singulari: interposita ri vł re. et si ante s i breuis esset: mutata i e faciunt ꝯsimiles passiuorum personas.

### Decima regula.

Quot sunt anomala verba. id est. inequaliter declinata? quatuor. Que? Fero. edo. volo. ⁊ sum. sed fero per syncopen secūdā ⁊ tertiā personā habet. fers fert. In ceteris sequit̃ regulā tertie cōiugatiōis. ita tamē: ut que nascūtur a concisis: secūdum formationis regulā cōcisa ꝓferātur.

### De p̃teritis ꝑfectis p̃me ꝯiugatiōis.

### Prima regula.

AMo quō facit i preterito? Amaui. per quā regulā? Nā prime ꝯiugatiōis verba a secunda persona p̃ntis īdicatiui abiecta s ⁊ addita ui faciūt p̃teritū ꝑfectum. Excipiunt̃ sexdecī. quoꝝ duodecī abiecta as ⁊ addita ui diuisas syllabas formāt preteritū. Domo domui. crepo crepui. frico fricui. seco secui. sono sonui. tono tonui. veto vetui. plico plicui cubo cubui. nexo nexui. mico micui. neco necui. increpo increpui. p̃ter hec. sto facit steti. do dedi. iuuo iuui.

### Secūda regula.

Amico cōpositum dimico dimicaui facit.

### Tertia regula.

Plico cū noīe cōpositum ī aui facit. ut duplicaui. cum ꝓpositione plerūqꝫ in ui. ut implicui.

### Quarta regula.

Neco necas: cū ferro peremptū significat: necaui necatum facit. Cum alia ui. necui nectum.

### Quinta regula.

Do das cum mōosyllabis ꝯpositū trāsit ī tertiam ꝯiugatiōem. ⁊ semper duplicat p̃teritū. ut reddidi.

credidi. circundo a dissyllabo compositum prime cõiugationis facit circundedi.

De preteritis pfectis secũde ꝯiugationis.

Prima regula.

Ferueo quõ facit preteritũ: ferui. per quã regulã. qꝛ ĩ ueo verba secunde ꝯiugatiõis: eo ĩ i muta tata: ꝛ pducta penultima: faciũt preteritũ. ut moneo moui. faueo faui. ꝯniueo tñ qđ ꝛ cõniuo dicit: tã ꝯni ui q̃z cõnixi facit. ꝛ ferbeo cũ p b dicit: ferbui facit p̃teritũ.

Secũda regula.

Ardeo quõ facit p̃teritũ: arsi. Per quã regulã: In deo desinẽtia verba secũde ꝯiugatiõis: si lõga vocalis vel ar ãtecedat: deo ĩ si cõuersa. si vero e l i. breues precedũt deo: pductis eisdẽ: ꝛ eo mutata ĩ i faciũt preteritũ. ut suasi. risi. arsi. sedi. vidi. Excipit strideo. qđ quãuis pducit i: tamẽ stridi facit. Si vero p̃ma syllaba ĩ deo termĩatoꝝ mutã aliquã vl m semiuocalẽ l o correptas habuerit: ĩ aliquã liqdã desinẽtes: quã deo sequat: duplicata p̃ma syllaba et eo ĩ i cõuersa: ꝛ priori gemĩataꝝ syllabaꝝ extre ma cõsonãte subtracta faciũt p̃teritum perfectum. ut pependi. momordi. spopondi. quod s euphonie causa subtraxit. Si autẽ au diphtongus ante deo fuerit: per participium declinãtur. ut ausus sum. gauisus sum. Inuenitur ausim in subiũctiuo. Alia vero omnia in deo: mutata eo in ui diuisas sylla bas faciunt preteritum. ut candui. studui. Excipit prãdeo prandi et pransus sum.

Tertia regula.

Turgeo quõ facit preteritum: tursi. per quã regulã. In geo verba i vel r antecedẽte: geo in si. natura lit vero lõga vocali: geo ĩ xi. Alia oĩa eo ĩ ui diui

sas syllabas cõuersa: faciunt pteritũ. ut indulsi mulsi. tersi. Quidã differẽtie causa mulsi dixerũt. ptere a luxi. auxi. frixi. egui. vigui. rigui.

Quarta regula.

Fleo quõo facit pteritũ: fleui. p quã regulã: In leo verba q̃ ãte l aliã cõsonãtem habẽt i eadẽ syllaba: et ab oleo & leo cõposita: o i ui syllabã. alia omnia in leo: eo i ui diuisas syllabas ꝯuersa: faciũt pteritũ. ut ipleui. suppleui. exoleui. deleui. absoleui. Oleo cũ redoleo adoleo aboleo tã in eui q̃z i ui diuisas syllabas faciũt pteritũ. pterea volui. calui. excellui.

Quinta regula.

Habeo per quã regulã habui facit: q2 oĩa alia verba secũde cõiugatõis quacũqz ꝯsonãte ãtecedẽte eo in ui diuisas syllabas ꝯuersa faciũt pteritũ. ut enitui. rubui. docui. timui. iacui. licui a liq̃o. liceo quoqz licui facit. Excipiũtur iussi. sorpsi vl' sorbui. mulsi. mãsi. neui. hesi. luxi. polluxi. torsi. qd solũ i queo secũde cõiugatiõis inueuenitur: sic composita eius cõtorqueo. extorqueo. cõtorsi. extorsi.

De pretitis tertie ꝯiugatiõis.

Prima regula.

Facio quõo facit in preterito: feci. Dic regulã: In cio desinẽtia verba tertie cõiugatiõis a vl' i antecedẽte: mutãt eam i e pductã. et si a pcedit io: i i lõgam. Si vero i: cio in xi ꝯuersa faciũt pteritu; ut feci. abieci. asperi. illexi. pellexi. allexi. que & allicui. pellicui veteres ptulerũt. excipitur elicui.

Secũda regula.

Fodio & fugio quare i pterito faciũt fodi et fugi: q2 i dio & i gio desinẽtia tertie ꝯiugatiõis verba: o i i lõgam cõuersa & pducta faciũt preteritum.

Tertia regula.

Capio ⁊ cupio quõ faciũt ĩ preterito: capio facit cepi. et cupio cupiui vl' cupii. sicut rapio rapui. sapio sapui. cepio qð nõ est in usu cepi. pario peperi. percutio ⁊ oĩa a quatio ĩ ssi faciũt preteritum. ut percussi.

Quarta regula.

Suo quõ facit preteritũ: sui. Per quã regulã: ĩ uo diuisas syllabas desinẽtia tertie ↄiugatiõis: o ĩ i cõuersa faciũt preteritum. ut spui. dilui. metui. excipitur struxi. fluxi. Nã ungo. fingo. lingo. migo. strigo in xi faciũt preteritũ. ut coquo coxi. linquo liqui. sꝫ hec quãdo u amittit vim littere: regulã eoꝝ sequũtur: que in go vl' in co desinũt.

Quinta regula.

Soluo quõ facit preteritum: solui. per quã regulã: in uo desinẽtia tertie ↄiugatiõis: u loco cõsonantis posita: si penultia in l desinit: o ĩ i. si ĩ vocalẽ natura lõgam: uo ĩ xi ↄuersa faciũt preteritũ. ut volui. (vixi.

Sexta regula.

Scribo quõ facit preteritũ: scripsi. per quã regulã: In bo desinẽtia verba tertie ↄiugatiõis: si nõ ãtecedit lõga vocalis: o in i. si antecedit: bo ĩ psi cõuersa faciũt preteritum. ut bibi. nupsi. Excipiũtur a cubo cõposita: siue prime siue tertie sint ↄiugatiõis. que in ui diuisas faciũt preteritum. Nupsi scribitur per b vl' per p. Quare: quia nũquam b ante s in pricipio syllabe potest inueniri.

Septima regula.

Uinco quõ facit ĩ preterito: vici. per quã regulã: In co desinẽtia verba tertie ↄiugatiõis: si n pcedit: abiecta n ⁊ o in i cõuersa. s vero pcedente co: ĩ ui syllabã. si aũt vocalis pcesserit natura longa; co in xi

cōuersa: faciūt p̄teritū. ut vinco vici. linquo liqui. quieui. asciui: creui. paui. cōsueui. Itē dixi duxi. Excipit̄ compesco cōpescui. ⁊ depesco depescui. ⁊ geminata didici. poposci. parco peperci et parsi. Ideo ultima breui preteritum ici facit penultima longa. glisco caret preterito.

Octaua regula.

Ledo quō facit preteritum? lesi. per quā regulā? In do desinētia verba tertie ꝯiugatiōis: longa vocali naturaliter p̄cedēte: do in si. i ceteris vero o i i cōuersa. ⁊ si āte n vł i habuerit: ea abiecta faciūt p̄teritū: ut lesi. radi. rosi. vasi. lusi. claudo vł cludo clausi vł clusi. scādi. fudi. scidi. findo quoqꝫ fidi. Licet quidam fisi putauerit. excipit̄ cedo cessi. diuido diuisi. strido stridi. ab eo qđ ē scido preteritū nō īuenitur. cudo cussi vł cudi. et ea que duplicāt pricipalem syllabam. cedo cecidi. tendo tetēdi. pendo pependi. pedo pepedi. tundo tutudi.

Nona regula.

Mergo quō facit preteritū? mersi. per quā regulā? In go desinētia verba tertie ꝯiugatiōis: si go ātecedit r: go in si. alter i xi ꝯuersa faciūt preteritum. ut mersi. sparsi. tergo vł tergio tersi. cinxi. iunxi. anxi. Nec obstāt regule: porrigo porrexi. pergo perrexi. surgo surrexi. qm̄ a rego cōposita sunt. et cōposita primitiorū declinationē sequūtur. Sic etiā porrigo corrigo arrigo i exi faciūt. excipiūtur fregi. egi. et legi. Cogo ⁊ dego ab ago p syncopen coegi ⁊ degi. Intelligo tamē qꝫ āntiqui īterlego ꝓferebāt. negligo et diligo a lego ꝯposita: i xi faciūt ītellexi vł īterlexi. neglexi dilexi. Pāgo quoqꝫ pegi ⁊ pepigi ⁊ pāxi facit. tāgo tetigi. pungo pupugi vel punxi. expun-

go vero expunxi.

Decima regula.

In ho aspirata desinẽtia verba mutata o in xi faciunt preteritum. ut vebo vexi. trabo traxi.

Undecima regula.

Alo quõ facit p̃teritum: alui. Per quã regulã: in lo desinẽtia verba tertie ꝯiugatiõis: o in ui diuisas sed si duplicãt ll: et a muta ĩcipiunt gemiata pricipali: nec ubique eadẽ vocali seruata: aliter o in ĩ cõuersa faciũt pꝛeteritum. ut alo alui. colo colui. malui. cõsului. pello pepuli. fallo fefelli. tollo totolli. ꝓ quo freq̃ntiꝰ utũr sustuli. A tulo etiã (quo veteres utebãtur) tetuli dicebatur. Pꝛeterea psallo psalli. vel lo velli uł vulsi. ꝓcello ⁊ excello: quoꝝ simplex ĩ usu nõ est. ꝓculi ⁊ exculi. vł ut alii excellui ab excelleo.

Duodecima regula.

In mo desinẽtia verba tertie ꝯiugatiõis: lõga vocali ãtecedẽte: o in psi. aliter ĩ ui diuisas ꝯuersa: faciũt p̃teritũ. ut como cõpsi. pꝛõpsi. dẽpsi. vomo vomui. gemo gemui. excipiũtur. emo emi. pꝛemo p̃ssi

Deciatertia regula.

Sino siui prr quã regulã: In no desinẽtia verba tertie ꝯiugatiõis nisi o vł g uł auł m ãtecedat: in ui syllaba faciũt pꝛeteritum: ut sino siui. sterno straui cerno creui. ⁊ sperno spꝛeui. lino liui lini uł leui. p̃terea pono posui. gigno genui. cano cecini. tẽpno tẽpsi. Sed a cano ꝯposita ĩ ui diuisas faciũt p̃teritũ. ut succino succĩui. cõcinui. occinui. qđ etiã occanui dicit̃. Salustiꝰ. Iussu metelli cõnicines occanuere.

Deciaquarta regula.

Carpo carpsi per quã regulã: In po desinẽtia uerba tertie coniugatiõis. l uel r vel e pꝛodũctã ãte po

habētia: o i i. e vero breuē hūtia ī penultima: o ī ui diuisas ꝯuersa faciūt p̄teritū. ut sculpsi. carpsi. sepsi. scarpsi. repo repsi. crepui. rumpo qđ solum habꝫ m āte p: eiecta m: et cōuersa o in i: faciūt preteritū. utrupi corrupi. abrupi.

Quītadecia regula.

Tero triui per quā regulā? In ro desinētia verba tertie cōiugatiōis: per ui syllabā faciūt p̄teritum. ut quero quesiui. sero seui. facit tamē etiā serui. Unde īsero īserui. et participiū insitus nō insertus. Gero et uro duplicāt. ss. gessi ⁊ ussi. Uerro versi et verri curro cucurri. et ī cōpositis utroqꝫ modo. ut decur ri et decucurri.

Sextadecia regula.

Lacesso lacessiui per quā regulā? In so desinentia verba tertie cōiugatiōis: nisi sint desyderatiua: o ī i cōuersa ⁊ assumpta ui syllaba: faciūt p̄terituꝫ. ut capessi. viso visi. queso tamē quesiui facit. et quesi. pinso pinsui facit preteritum.

Deciaseptia regula.

Pecto quō facit p̄teritū? ut pleriqꝫ dicūt pexui. ut asper pectus pectiui. ut carisius ꝓtulit pexi. Necto tā nexui q̄ꝫ nexi. flecto flexi facit. plecto plexi. quod nunc plector ⁊ āplector dicimus. Peto petiui facit. meto messui. verto verti. sterto stertui. mitto gemi nata t: misi. Sisto qñ actiuū ē caret prefito. quādo absolutū: habet cū sto cōe. ut resisto vł resto restiti consisto vł cōsto cōstiti. persisto vł persto perstiti.

Deciaoctana regula.

In xo desinētia quot verba inueniūtur? duo. texo et nexo: que faciūt preteita texui et nexui.

De quarta cōiugatione.

prima regula

Prima regula.

Audio quo facit preteritum? Audiui. per quam regulam? Quarte coniugationis verba: abiecta s secunde persone presentis: addita ui: faciunt preteritum perfectum. ut audiui. Excipiuntur in cio desinentia excedentia numerum duarum syllabarum. simplicia n antecedente cio in xi. Si vero n non habuerint: cio in si vertunt. ut vicio vinxi. sancio sanxi. farcio farsi. fulcio fulsi. quamuis nonnulli differentie causa fulxi posuerunt. Excipiuntur venio veni. haurio hausi. sepsi. sensi. aperui. operui. cooperui. reperio duplicauit p diminuta una syllaba repperi. Simile est preteritum a coperio coperi. Deponentia vero a pareo: expior et operior: expertus et opertus participia faciunt. salio saliui et salui. cambio campsi

De supinis.

Prima regula.

Munio muniui quod facit supinum? munitum. per quam regulam? In ui syllaba facientia preteritum: cuiuscunque coniugationis: ui mutata in tum faciunt supinum. ut amatum. sopitum. et aboletum. potatum. et per syncopen potum. cupitum. ignotum. scitum. auditum. Excipiuntur differentie causa lautum vel lotum: quod etiam lauatum inuenitur. cautum. fautum. solutum. pastum. amictum. et que corripiunt penultimam in supino. satum a sero seui. nam a serui sertum facit. situm. litum. itum. quitum scitum: quando est a tertia coniugatione. nam a quarta producit. Composita tam producta quam correpta inueniuntur. agnitum. cognitum. et agnotum cognotum. a caluo calui. a quo puto calumpniam deriuari: supinum non inuenitur.

Secunda regula.

Habeo habui quod facit supinum? habitum. Dic regulam In ui diuisas facientia preteritum: cuiuscunque sint

ꝯiugatiōis(e vł l vł r aṅcedēte)ui in tum. Si vero sint a verbis ī uo sepatis: i ī tum. ꝛ ꝓducta penulti ma. in ceteris nisi x ātecedat: ui ī i breuē mutata: ꝛ addita tum faciūt supinū. ut frictum. nectū. doctuꝫ. cultum. cōsultū. altum quod ꝛ alitum facit. desertū. apertum. indutum. imbutū. cōpescitum. abolitum. tonitum. quāuis Horatius itonita scripsit. Excipi ūtur mistū. tostum. tētum. sensum. elicitū. raptū. pi stū. mestū. excelsum. explicitū. nā explicatū ab expli cani. ruitum vł rutū. A mico micui: supinū nō est in usu. A cano ꝯposita: simplicis seruant supinū a. quā ī pñti mutāt in i breuē. ꝛ in e cōuersa. ut cantū. succētum. accētum. nexum. pexum. a xi termīatiōe potius sunt. ab alo tā altuū q̄ꝫ alitū dicit̃. a volo no mē participiale vultus. e ātecedēte x tria inueniunt̃ pexui. nexui. texui. q̄ faciūt supīa pexū. nexū. texū.

Tertia regula.

Mordeo quō facit supinū: morsum. quā ob regu lā: Oīa ī deo vł ī dio vł in do verba: ꝛ ī dior depo nētia secūde vel tertie ꝯiugatiōis nō faciētia p̄teri tū in ui diuisas. nec a do das ꝯposita. deo vł dio vł dior vł do in sum mutata faciūt supinū: Et notādū ꝙ hñtia n ante do: que n āte do amittunt: eandem amittūt in supīo. et gemināt. ss. si penultīa preteriti corripiatur: si vero ꝓducit̃: unā s habēt. ut morsuꝫ. ausum. risum. exorsum. ingressum. lusum. rasum. tōsum. fissum. scissum. fusum. tusum. Excipiunt̃ ga uisum: qđ cā euphōie assūp̄sit i. cedo cessum. fossuꝫ. cussum gemināt. ss. Do das datū facit. ꝛ ab eo ꝯpo sita: q̄ in tertiā ꝯiugationē trāseunt: vertūt a in i. que vero p̄mā seruāt: a quoqꝫ seruant: ut cōdituꝫ. creditum. vēditum. circūdatum. Preterea passum

quod non solum a pando: sed etiam a pateo ⁊ a pa
teor dicit̃.comesum ⁊ cōmestū̃.tentuz et tensum.et
ostendo ab eo compositum similiter facit.A pedo:
supinum in usu nō inueni.

Quarta regula.

Ledo lesi qūo facit supinū: lesum.per quā regulā
Omīa verba q̄ in si faciūt p̄titum secūde aut tertie
cōiugatiōis: si in sum.quarte vero si ī tum cōuersa
faciūt supinū.ut lesum.arsum.alsuz.quassuz.lusuz
fultum.excipit̃ īdultū vł indulsum.multū ł mulsuz
a mulgeo.Nā a mulceo mulsum facit solum.Item
tortum vł torsum.haustū.ustū.gressuz missuz du
plicata ss.preterea sensum ⁊ ausum ⁊ capessitū.

Quinta regula.

Lugeo luxi qūo facit supinū: luctum.per quā regu-
lā: In xi faciētia preteritum: cuiuscūqz sint ꝯiugati
onis: xi in ctum ꝯuersa faciūt supinū. ut luctuz.vi
ctū.frictum.intellectū.tinctum.unctū.excipiūtur fi-
ctum.pictum.strictum mictū.: q̄ causa eufonie ab-
iiciūt n.preterea fluxū ⁊ fluxurū. quāuis vetustissi
mi ⁊ fluctus ꝓ fluxus ⁊ flucturus ꝓfluxurus dixe-
rit.unde et fluctus ipse motus aquarū.

Sexta regula.

Facio qūo facit supinū: factū.Da regulā: In ci fa
ciētia p̄teritū tertie ꝯiugatiōis: ci ī ctū cōuersa fa-
ciunt supinū.ut factum.iactū.ictum.victū. liq licitū
derelictū.feci factū deberet facere.sed in ōni verbo
siue in ultima siue ī penultīa sit a: in simplicibꝰ ser
uat̃ etiā ī supīo.quāuis mutet̃ in p̄tito.In ꝯpositis
vero si mutat̃ a ī i in p̄nti: hec iuēitur ī supīo ī e.ni
si ī do ł ī go desiāt positio verbi.tūc.n.ī supio sem
per s̄uat̃ a.ut captū.raptuz.casum.īceptuz.infectū.

ereptum.occasum.infractū.ipactuz.exactū.excipit posco poscitū.disco discituz. parco parsum a parsi.

Septima regula.

Iungo iunctuz per quā regulā: In go desinētia ōnia tertie ɔiugatōis verba: nisi i si terminēt p̄tituz go i ctum mutata. ⁊ si a vł i āte n habeāt i penultia abiecta n faciūt supium.ut iunctum.pūctuz. fractū pactum.strictum.mictum.ringo rictum. excipiunt que seruāt n.cinctum.tictum.distictum.anctū.

Octaua regula.

Fugio fugitum per quā regulā: In gio verba: o i tum mutata: faciūt supinum.ut fugitum.

Nona regula.

Bibo quō facit supinum: bibitum. Da regulā: In bi terminātia p̄terita correpta ⁊ assumpta tū faciūt supinum.ut bibitum.lambitum.

Decima regula.

Emo emptum per quā regulā: Oia i mi vł i ni ł in pi vel psi terminātia p̄teritū tertie ɔiugatōis: in ptum faciunt supinū.ut adēptum.captum.ruptum. sculptum.cōptum.dēptum.emptū. ꝓmptū. scriptū

Undecima regula.

Fallo quō facit supinum: falsum. per quā regulā: In lo desinētia verba tertie ɔiugatiōis duplicātia l in sum faciūt supinum.ut falsum.pulsuz.vulsuz. excelsum.perculsuz.nō iuenitur a psallo supium. nec a tollo,sed ꝓ eo utuntur sublatum.

Duodecima regula.

Curro cursum p quā regulā: In ro desinētia duplicātia r āte o i p̄ti: ro i sum ɔuersa faciūt supinū ut curro cursum.verro versum: q̄ vero duplicāt.ss. āte i: mutāt si i tū.ut gessi gestū. In rio unū pario

q͞d facit supinū partū. & participiū part⁹ & paritur⁹

Tertiadecia regula.

A verto sicut a verro versum dicī. texo textum. & nexum facit supinū. A sto statum. et ꝯposita astitū vel astatū. prestitum vel prestatum.

Quartadecima regula.

Labor lapsum per quā regulā: cōmunia vł depo- nētia tertie ꝯiugatiōis in bor: mutata ea ī psum fa ciūt supinum. ut lapsum. in gor vero mutāt gor in ctū. ut functū. In tor mutāt eā ī suz. ut usuz nisum. īuenitur & nixuz. In quor mutāt quor ī cu: & assup ta tum faciūt supinū. ut locutū secutū. Deponētia in scor: hn̄tia ī ātepenultima a vł e vł i correptas: in ctum faciūt supium. paciscor pactū. proficiscor ꝑfe ctum. expergiscor exprectū. nāciscor nactū. Alia ve ro absq; r: ī tum faciūt supinū. iratū. ultum. oblitū. Excipiī defessum. Preterea cōmiscor et adipiscor quāuis i breuē habeāt ī antepēultima: cōmētum fa ciūt & adeptum. A remiscor nō īuenit supinū. ab o- rior ortum & oritū. unde oritur⁹. a morior moritū. et ī ꝑterito gemiat u mortuus. a potior potitū. a re or ratum. misereor misertū. cōfiteor cōfessuz. q̄ror questū. metior mēsum. Que a pario vidētur deri- uari: r hn̄t ā te tū. cōpertū. reptū. exptum. opertum.

De examīatiōe verbi.

Amo que pars est: verbum ē. Quare ē verbū: q2 est pars orōis decliabilis. cū modis & tēpo ribus sine casu agēdi vel patiēdi significatiuum.

Unde dicitur verbum: A verberatu aeris. quia proferendo aer verberatur.

Verbo quot accidūt: Octo. Gēus. Tēp⁹. Mod⁹. Spēs. Figura. Cōiugatio. Persona. & Numerus.

Quius gēris? Actiui. Quare? quia in o desinens facit ex se passiuum.

Quod est eius passiuum? Amor. Quia ī or desinens descēdit ab actiuo.

Quod est eius impersonale? Amatur.

Quomodo decliatur actiuum? Amo: amabam: amaui: amaueram: amabo.

Qūo decliatur passiuum? Amor: amabar: amatus sum vel fui: amatꝰ erā vel fuerā: amabitur.

Qūo decliatur impersoāle? amatur: amabatur.

Quot sunt genera verboꝝ? quinqꝫ. Actiuum qđ ī o desinēs facit ex se passiuum. passiuū qđ ī or desinēs descēdit ab actiuo. Neutruꝫ: qđ ī o desinens nō facit ex se passiuum. Cōe: qđ ī or desinēs: non descēdit ab actiuo. ⁊ habet utrāqꝫ sigificationē. Deponēs: quod ī or desinēs: nō descēdit ab actiuo. et retinet unam significationem.

Quiꝰ tēporis? pn̄tis. qr pn̄tem habet sigifica tōeꝫ.

Quot sunt tēpora verboꝝ? quinqꝫ. Que? pn̄s quod pn̄tem habet sigificationē. Pretitum īperfcum: qđ significat qđ cepit geri et nōdum ē ꝑfectuꝫ. Pretitū perfectum: quo res ꝑfecta mōstratur. Preteritum plusquāꝑfectum: quo res perfcā iam pridē ostēdit et Futurum: quo res futura mōstratur.

Quius modi amo? īdicatī. qr hoc īdicāus qđ agit.

Quid ē modꝰ? est incliatio āimi decliationē verbi sigificās. Quot sunt modi verboꝝ? qnqꝫ. Indicatiꝰ quo īdicamꝰ qđ agitur. Impatiuꝰ: quo ut fiat aliqđ īperāus. Optatiꝰ: qui eget aduerbio optādi: ut perfcūm sigificet sensuꝫ. Subiūctiꝰ: q nō solū eget aduerbio vel ꝯiūctōe: vex ēt alīo verbo: ut ꝑfectuꝫ sigificet sensuꝫ. Infinitiꝰ: q caret nūeris ⁊ ꝑsonis.

et eget aliqno alioꝝ modorũ : ut perfcũʒ significet sensum. Quid interest iter infinitũ ⁊ impſonale? qꝛ infinitiuus altero verbo infinito õnino eget. Impersonale vero perfcũm actum significat p ões mõs.

Indicatiuus quot tẽpora habet? quiqʒ. Impatiuꝰ duo. pñs ⁊ futurũ. Optatiuus quiqʒ. duo ꝯiũcta : et unũ per se. Subiũctiuꝰ quot? Quiqʒ per se sicut indicatiuꝰ. Infinitiꝰ quiqʒ. duo ꝯiũcta : ⁊ unũ per se sicut optatiꝰ. Quot sunt spẽs verboꝝ? due. Primitiᷓ : que primã positionẽ a natura accepit. ut ferueo. Deriuatiua : que a primitiuis d̃riuat᷑. ut feruesco. Cuius spẽi amo? primitiue. qꝛ a nullo deriuat᷑ sed primã positionẽ accepit a natura.

Quot sunt spẽs deriuatioꝝ verboꝝ? quiqʒ. Inchoatiua : que ĩicium actꝰ vł passiõis primitiui significat. ut hisco. Meditatiᷓ : que significat meditationẽ cũ primitiuo. ut esurio. Frequẽtatiᷓ : q̃ frequẽtiam actus p̃mitiui significat ut agito. Desideratiᷓ que significat infinitiuũ primitiui cũ cupio. Diminutiua : que ĩ lo desinũt. ⁊ dimĩutionẽ significãt.

Quot alie sunt deriuatiões verboꝝ p̃ter sup̃dcãs? quatuor. Aut enĩ a noibus fiũt. ut a patre patrisso. Aut a verbis. ut a vello vellico. Aut ab aduerbiis. ut a perẽdie perendino. Aut a prepositionibꝰ. ut ab intra intro.

Quot sunt figure verboꝝ? Tres. Siplex q̃ simpliciter ꝓfert᷑. ut cupio. Cõposita : que ex duabꝰ aut pluribus vocibus cõponit᷑. ut cõcupio. Decõposita : que nõ per se cõponit᷑ : sed a cõposito verbo deriuat᷑ ut cõcupisco. Cuius figure amo? Simplicis. quia simpliciter profertur. Que sunt verba composita : quoꝝ simplicia nõ inueniũtur? Sunt hec. Defendo

percutio.allicio.cōpleo.aspicio.reperio.suffragor. appello.deleo.defensor defensaris. Cū quot parti bus orōis cōponit verbū: Cū quatuor: Noīe. verbo aduerbio.et prepositiōe: sicut participia. ut amplifico.calefacio.maledico.produco.

Quius cōiugatiōis amo: Prime. quare: q2 habet a pductā āte s. Quot sunt cōiugatiōes verborum: Quatuor. Prima que habet a pductā āte s vl āte ris.ut amo amas amor amaris. Secūda q̄ i secūda psona pñtis indicatiui habet e pductā ante s vel ante ris. ut doceo doces et doceor doceris. Tertia: que in secūda persoā pñtis indicatiui habet i correptam āte es vel e correptā āte ris.ut lego legis et legor legeris. Quarta: que habet i pductā āte s vl āte ris.ut audio audis et audior audiris.

Quius persone amo: Prime.quare: q2 de se sola loquitur. Quot sunt psone verbo4: Tres. Prima que de se sola l cū aliis loqtur.ut dico dicius Secūda: ad quā vel de qua vl sola vel cū aliis prima loquitur.ut dicis dicitis. Tertia: de qua extra se et extra illā posita: ad quā dirigit sermonē loqtur prima.ut dicit dicunt. Quare īperatiuus caret prima persona singlari: q2 naturalit null9 sibi īperat.

Pluit tonat fulgurat et similia q̄re carēt primis et secūdis personis: Quia ad hoīes nō pertinēt. habēt tamē p̄mas et secūdas personas: si figurate p apostrophen iupiter introducatur.

Quius nūeri amo: singlaris.q2 singlarit pfert. Quot sunt nūeri verbo4: duo.singularis ut lego. pluralis ut legim9. Amo q̄uo facit preteritū imperfectū: amabā.per quā regulā: quia prima et secūda coniugatio abiecta s a secunda persona indicatiui:

25

et addita bam faciūt pteritum imperfectum. Quo facit pteritum pfectū: amaui. per quā regulā: prime ꝯiugationis verba a secūda psona pñtis idicatiui abiecta s ⁊ addita ui faciāt preteritum pfectum.
Quo facit preteritum plquāperfcūm: amauerā. per quā regulā: Om̄e pteritū perfectum in i desinit. et i mutata i e correptā ⁊ assumpta rā: facit pteritum plusquāpfectū. Quo facit futurū: amabo. per quā regulā: q2 futurū idicatiui modi i pma ⁊ secūda cōiugatiōe fit a secūda psona pñtis idicatiui modi: abiecta s et addita bo. ut amas amabo. Quo facit secūdam psonā pñtis impatiui: ama. q2 secūda psona singlaris iperatiui modi fit a secūda persona pñtis indicatiui abiecta s. In tertia vero ꝯiugatiōe abiecta s et i e mutata. Tertiā psonā singularis iperatiui quo facit: amet. quare: q2 tertia psona fit o positiōe verbi mutata i prima cōiugatiōe i et. ⁊ in aliis in at. Et quo facit primā personā pluralis tā pñtis q3 futuri imperatiui: amem9. per quā regulā: quia pme persone pluralis iperatiōꝝ fiūt a sua tertia singlari abiecta t et addita mus. Secūdā quo facit: amate. quare: q2 secūda psona pñtis iperati. fit a sua secūda addita te. ⁊ i tertia ꝯiugatiōe e mutata i i. Et quo facit tertiā: amēt. q2 fit a sua tertia singlari n. littera iterposita āte t. Secūdā ⁊ tertiā siglaris futuri quo facit: amato. quia fit a tertia singlari pñtis idicatiui addita o. Secūdā pluralis futuri quo facit: amatote. q2 fit a sua secūda ⁊ tertia singulari: addita te syllaba. Tertiā pluralis futi quo facit: amanto. q2 fit a tertia pñtis idicatiui plis addita o.
Quo facit primā psonā pñtis ⁊ preti ipfci optatī modi: et pteriti impfecti subiūctiui: amarē. q2 fiunt

a secūda persona singularis īperatiui addita rem. Preteritū perfcū₃ ⁊ plusquāperfcū₃ tēpus optatī modi ⁊ ṗtitū plusq̄₃perfcū₃ ꝯiūctiui quō formāt pmā personā: a pria persoā preteriti īdicatiui: addita s et sem. Amo quō facit priā₃ personā futuri optatī ⁊ p̄ntis subiūctiui: amem. quare: q2 forātur ab ipa positōe verbi o ī pria ꝯiugatiōe mutata ī em. ī ceteris ī am. Quō facit preteritum perfcūm subiūctī: amauerī₃. q2 forātur a p̄terito perfcō īdicatiui: mutata ī ī e correptā ⁊ addita rim. Futuru₃ subiuncti quō facit: amauero. q2 forātur a p̄terito perfcō eiusde₃ modi: mutata rim ī ro. Quō facit p̄ns ⁊ p̄teritum īperfcūm īfiniti: amare. q2 fit a secūda persona īperatiui: addita re. Quō facit preteritum perfcūm et plusquāperfcūm īfinitiui: amauisse. q2 fit a preterito perfcō īdicatiui addita s ⁊ se. Quō facit futurū īfinitiui: amatum ire vel amatu₃ esse. q2 fit cum supino ī um ⁊ ire. val addita esse neutrali: participiofuturi. Amo quō facit supinū: amatum. per quā regulā: In ui syllabā facientia preteritum cui⁹cunq₃ cōiugatiōis: ui mutata ī tum faciunt supinū. Quō facit impersonale: amatur. q2 īpersonalia ī tur formantur a tertiis persōis singularib⁹ actiuis: addita tur. Quō facit p̄ns ⁊ preteritu₃ īperfcūm passiui īdicatiui: Amor ⁊ amabar. quare: q2 oīa actīa que in o d̄sinūt: addita r. q̄ vero ī m: mutata m ī r faciunt passiuum. Quō facit p̄teritum pfectu₃ passiui īdicatiui: ⁊ q̄ ab eo fiunt: amat⁹ sum vel fui. amatus erā vel fuerā. amat⁹ essem vel fuissem. ⁊ reliqua. quare: q2 p̄teritum perfectum ⁊ q̄ ab eo fiunt formātur p participium p̄teriti tēpōis ⁊ sum es est. Quō facit secundā psonā p̄ntis īperatiui singula-

ris:amare. quare: qꝛ fit ab actiua addita re. Quō
facit tertiā personā: ametur. qꝛ fit a tertia addita ur
Quō facit p̄mā pluralis: amemur. qꝛ fit a sua acti
ua : mutata s in r. Quō facit secundā pluralis: a-
mamini. qꝛ fit a secunda p̄ntis indicatiui : remota
s ⁊ addita mini. Quō facit tertiā: amētur. quia fit
a tertia actiui: addita ur. Quō facit secundā ⁊ ter-
tiam fut̄i imperatiui: amatoꝛ. qꝛ fiunt a suo actiuo
amato: addita ꝛ. Quō facit pꝛimā pluralis futuri
īperatiui: amemur. qꝛ fit a sua actiua : mutata s in
r. Quō facit secundā pl̄is fut̄i īperatiui: amāminoꝛ
qꝛ fit a secunda sui p̄ntis : mutata i in oꝛ. Quō fa
cit infinitiuum: amari. qꝛ fit ab actiuo mutata e ī i
que mutatio ī tertia ꝯiugatiōe fit p̄us abiecta re.

Amo quō declinatur. Declinat̄ sic. Indicatiuo
mō tēpōe p̄nti. Amo amas amat. Et plural̄r
amamus amatis amant. Pꝛet̄ito imperfcō amabā
amabas amabat. Et pl̄r amabamꝰ amabatis ama
bant. Pꝛeterito perfcō amaui amauisti amauit. Et
pluraliter amauimus amauistis amauerūt vl̄ ama
uere. Pꝛet̄ito plusquāperfcō amauerā amaueras a
mauerat. Et plural̄r amauerāus amaueratis ama-
uerant. Futuro amabo amabis amabit. Et plural̄r
amabimus amabitis amabunt.

Imperatiuo modo ad secūdā et tertiā p̄sonā ama
amet. Et pl̄r amemus amate ament. Fut̄o amato
tu amato ille. Et pluraliter amemus amatote amā
to vel amantote.

Optatiuo modo tēpoꝛe p̄nti ⁊ p̄terito imperfcō uti-
nā amarē amares amaret. Et pl̄r utinā amaremꝰ
amaretis amarēt. Pꝛet̄ito perfcō ⁊ plusquāp̄fecto
ūt amauissem amauisses amauisset. Et pl̄r utinam

amauissem⁹ amauissetis amauissent. Futuro utīaz amē ames amet. Et plr̄ ūt amēus ametis amēt.
C ōiunctio modo tēpore p̄nti cū amē ames amet Et plr̄ cū amēus ametis amēt. Preterito impfcō cum amarem amares amaret. Et pluralit̄ cū amarēus amaretis amarēt. Preterito pfcō cum amauerī ama ueris amauerit. Et plr̄ cū amauerī⁹ritis. rit. Prete rito plusquāperfcō cū amauissem ses. set. Et plr̄ cuz amauissemus setis. sent. Futuro cuz amauero ris. rit. Et pluraliter cum amauerimus ritis. rint.
Infinitio modo sine nūeris ⁊ persoīs: tp̄e p̄nti et p̄terito īperfcō amare. preterito perfcō et plusquāpfe cto amauisse. futuro amatū ire vel amatuꝝ esse.
Gerundia sunt hec. amādus. amāda. amādum.
Supina sunt hec. amatum. amatu.
Quot sunt participia que trahunt a verbo actio: duo. Unū p̄ntis ⁊ p̄teriti īperfci tēpōis ī ans vel in ens. ut amās ⁊ docēs. alterū futuri ī rus. ut amatu rus. ra. rum.

De verbo passiuo.

Indicatio mō tēpōe p̄nti. Amor amaris vel a mare amatur. Et plr̄ amāur amāini amātur. Preterito īperfcō amabar baris. vel bare. batur. Et plr̄ amabāur bamini. bātur. Preterito perfcō amat⁹ sum vel fui es vel isti. est vel it. Et plr̄ amati sum⁹ vel fuimus estis vel fuistis. sunt fuerunt vel fuere. Preterito plusquāperfcō amatus eram vel fueram. eras vel fueras erat vel fuerat. Et pluralit̄ amati e ram⁹ vel fuerā⁹ eratis vel fueratis erāt vel fuerāt Futuro amabor amaberis vel amabere amabitur. Et plr̄ amabīur amabimini amabūtur.
Imperatio mō tēpore p̄nti ad secūdam ⁊ tertiam personā amare ametur. Et plr̄ amēur amemini a.

mentur. Futuro amato2 tu amator ille. Et pluralit amemur amamino2 amanto2.
Optatio modo tēpo2e pñti et p2eťito imperfcō ūt amarer amarerif vľ amarere amareť. Et plr utiāȝ amaremur amaremini amarētur. P2eťito perfcō et plusquāperfcō utinā amatus essem vľ fuissem esses vľ fuisses esset vľ fuisset. Et plř utinā amati essemus vľ fuissem⁹ essetis vľ fuissetis. eēnt ľ fuisseut. Futuro utinā amer ameris vľ amere ameť. Et plř utinā amemur amemini amentur.
Cōiunctiuo modo tēpo2e pñti cū amer ameris vel amere ametur Et plr cū amemur amēini amētur. P2eťito īperfcō cū amarer amareris vel amarere amaretur. Et plř cū amarēur amarēini amarētur. P2eťito perfcō cū amatus sim vľ fuerim sis vel fueris sit vel fuerit. Et plr cum amati simus vľ fuerimus sitis vľ fuertis sint vel fuerint. P2terito plusquāperfecto cum amatus essem vel fuissem esses ľ fuisses esset vľ fuisset. Et pluraliter cum amati essemus vľ fuissemus essetis vel fuissetis essent vel fuissent. Futuro cum amatus ero vel fuero eris vľ fueris erit vel fuerit. Et pluraliter cum amati erim⁹ vel fuerimus eritis vel fueritis erūt vel fuerīt.
Infinitiuo modo nūeris et persoīs tpe pñti et pterito imperfcō amari. pterito perfcō ⁊ plusquāpfecto amatum esse vel fuisse. futuro amatum iri.
Quot participia deriuātur a verbo passiuo? Duo unū pñti pfci ⁊ plusquāpfci tēpo2is ī tus vľ ī sus ľ ī xus. ut amat⁹. Alterū futuri ī dus. ut amādus.
Nota ꝙ actiui verbi regulā neutrale verbū sequitur. passiui: cōmune et deponens.

De secūda ꝯiugatione.

Doceo quõ decliatur? Doceo verbũ actiuum indicatiuo modo dictum tēpõis pñtis: numeri singularis: persone prime: coniugationis secũde: sic declinatur.

Indicatiuo mõ tēpore pñti. Doceo doces docet. Et plr docemus docetis docent. Preterito ipfcõ docebã docebas docebat. Et plr docebamus batis. bant. Preterito pfecto docui docuisti docuit. Et plr docuimus docuistis docuerũt vl docuere. Preterito plquã perfecto docuerã docueras docuerat. Et pluralit docueramus docueratis docuerant. Futuro docebo docebis docebit. Et plr docebimus bitis. bunt.

Impatiuo modo tēpore pñti ad secundam et tertiã psonã doce doceat. Et plr doceamus docete doceant. Futuro doceto tu doceto ille. Et pluraliter doceamus docetote docento.

Optatiuo modo tēpore pñti et preterito ipersfcõ ũt docerē res. ret. Et plr ũt docerēmus retis. rēt. Preterito pfcõ et plquãperfecto ũt docuissem ses. set. Et plr ũt docuissemus setis. sent. Futuro ũt doceã doceas doceat. Et plr utinã doceãmus doceatis doceant.

Cõiunctiuo modo tpe pñti cũ doceã as. at. Et plr cũ doceãmus atis. ant. Preterito ipersfcõ cũ docerem res. ret. Et plr cũ docerēmus retis. rēt. Preterito pfcõ cum docuerim ris. rit. Et plr cũ docuerimus ritis. rint. Preterito plquãperfcõ cum docuissem ses. set. Et plr cum docuissemus setis. sent. Futuro cũ docuero ris. rit. Et plr cũ docuerimus ritis. rint.

Infinitiuo mõ nũeris et persoĩs tēpore pñti et pterito impfcõ docere. pterito pfcõ et plquãpfcõ docuisse. futuro doctũ ire vel docturum esse.

Gerũdia docendus. docenda. docendum.

8

Supina doctum doctu.
Participia. docens ꝛ docturus.

DOceoꝛ quõo declĩatur? Indicatĩo modo tẽpoꝛe pñti. Doceoꝛ doceris vł docere docetur. Et pluralr̃ docẽur docemĩ docentur. Pꝛeťito ĩperfecto docebar baris. vł bare. batur. Et plr̃ docebamur bamini. bantur. Pꝛeťito perfcõ doctus sũ vł fui es vł fuisti est vel fuit. Et pluraliter docti sumꝰ vł fuimꝰ estis vł fuistis sunt fuerũt vł fuere. Pꝛeťito plq̃uã perfecto doctus erã vł fueram eras vł fueras erat uel fuerat. Et plr̃ docti eramus uel fuerãus eratis uel fueratis. erãt uel fuerãt. Futuro doceboꝛ beris. uel bere. bitur. Et plr̃ docebĩur bimini. buntur.

Imperatĩo mõ tẽpoꝛe pñti docere doceať. Et plr̃ doceãur amini. ãtur. Fuťo docetoꝛ tu docectoꝛ ille. Et plr̃ doceãur docemĩoꝛ docentoꝛ.

Optatĩo mõ tp̃e pñti ꝛ pꝛeťito ĩperfcõ utinã docerer reris. uel rere. retur. Et plr̃ ũt docerẽur remini. rẽtur. Pꝛeťito perfcõ ꝛ plusq̃uãperfcõ ũt doctꝰẽẽm uel fuissem esses uel fuisses esset uel fuisset. Et plr̃ utinã docti essemꝰ uel fuissemꝰ essetis uel fuissetis essent uel fuissent. Fuťo ũt docear docearis uel doceare doceať. Et plr̃ ũt doceãur doceãini doceãtur.

Cõiunctiuo mõ tp̃e pñti cũ docear aris. vel are. atur. Et plr̃ cũ doceãur amini. ãtur. Pꝛeťito ĩpfcõ cũ docerer reris. uel rere. retur. Et plr̃ cũ docerẽur remini. rẽtur. Pꝛeťito pfcõ cũ doctus sim uł fuerĩ. sis uel fueris. sit uł fuerit. Et plr̃ cũ docti simꝰ uł fuerĩus. sitis uel fueritis. sint uel fuerĩt. Pꝛeťito plusq̃uãpfcõ cũ doctus essem vel fuissez. ẽẽs vel fuisses ẽẽt uel fuisset. Et plr̃ cũ docti ẽẽmus vel fuissemus. ẽẽtis vel fuissetis. ẽẽnt vel fuissent. Futuro cũ doctꝰ

ero vel fuero eris vel fueris erit vł fuerit. Et plr cū docti erimus vel fuerimus eritis ł fueritis erūt ł fuerit

Infinitio modo nūeris ⁊ psonis tpe pñti ⁊ pterito imperfcō doceri. pterito pfcō ⁊ plusquāpfcō doctuȝ esse uel fuisse. futuro doctum iri.

Quot sunt participia huius verbi? Duo. Unum preteriti temporis doctus: alterum futuri docēdus.

De decliatiōe tertie ꝯiugatiōis.

Lego quō decliatur? Indicatio mō tpe psenti Lego legis legit. Et plr legimus legitis legūt. Preterito impfcō legebā bas. bat. Et plr legebamꝰ batis. bant.. Preterito per fcō legi legisti legit. Et plr legimus legistis legerunt uel legere. Preterito plquāp fecto legerā ras. rat. Et pluralit legerāmus ratis. rāt Futuro legam ges. get. Et plurlit legēmus getis. gēt.

Impatio modo tpe pñti lege legat. Et pluralit legamus legite legant. Futuro legito tu legito ille Et pluraliter legamus legitote legunto.

Optatio modo tpe pñti ⁊ pterito impfcō ūt legerē res. ret. Et plr ūt legerēmus retis. rēt. Preterito pfecto et plusquāpfcō utinā legissem ses. set. Et pluraliter utinā legissemus setis. sent. Futuro utinam legam gas. gat. Et plr utinā legamus gatis. gant.

Cōiunctiuo modo tpe pñti cum legā gas. gat. Et pluralit cū legāmus gatis. gāt. Preterito impfcō cuȝ legerē res. ret. Et pluraliter cum legerēmus retis. rēt. Preterito pfecto cum legerim ris. rit. Et pluraliter cum legerimus ritis. rint. Preterito plusquāperfecto cum legissem ses. set. Et pluraliter cuȝ legissemus setis. sent. Futuro cum legero ris. rit. Et pluraliter cum legerimus ritis. rint.

Infinitio modo numeris ⁊ psois tpe pñti ⁊ pteri-

to imperfcõ legere. preterito p̃fecto ⁊ plq̃uãpfecto legisse. futuro lectum ire vł lectuꝝ esse.
GErundia legendus legenda legendum.
Supina lectum lectu.
Quot participia trahũtur ab hoc verbo? Duo. Unum p̃ntis tẽporis legẽs. Aliud futuri lecturus.
LEgor q̃uo declinatur. Indicatiuo mõ tẽpore p̃ñti. Legor legeris vł legere legitur. Et plr̃ legimur legimini legũtur: Preṫito impfcõ legebar baris. vł bare. batur. Et plr̃ legebãur bamini. bantur.
Preṫito pfcõ lectus sum vł fui es vł fuisti est ł fuit. Et plr̃ lecti sum⁹ vł fuimus estis vł fuistis sunt fuerunt vł fuere. Preṫito plusq̃uãperfcõ lect⁹ eraꝫ vel fuerã eras vł fueras erat vł fuerat. Et plr̃ lecti erãus vel fuerãus eratis vł fueratis erãt vł fuerãt Futuro legar legeris vel legere legetur. Et plꝫ legemur legemini legentur.
Impatiuo modo tp̃e p̃nti legere legaṫ. Et plr̃ legamur legamini legãtur. Fuṫo legitor tu legitor ille. Et plr̃ legamur legimior leguntor.
Optatiuo modo tẽpõe p̃nti ⁊ preṫito impfcõ ũt legerer reris. vł rere. reṫ. Et plr utinã legerẽur remini. rẽtur. Preṫito pfcõ ⁊ plusq̃uãpfcõ utinã lect⁹ ẽẽm ł fuissem ẽẽs vł fuisses ẽẽt vł fuisset. Et plr̃ utinã lecti ẽẽmus vł fuissem⁹ ẽẽtis vł fuissetis essent vł fuissent. Fuṫo utinã legar legaris vł legare legatur. Et pluraliter utinã legãur legãini legantur.
Cõiunctiuo mõ tp̃e p̃nti cum legar garis. ł gare. gatur. Et plr̃ cum legãur gamini. gãtur. Preṫito ĩpfcõ cũ legerer reris. vł rere. retur. Et plr̃ cũ legeremur remini. rẽtur. Preṫito pfcõ cũ lect⁹ sim ł fueriꝫ sis vel fueris sit vel fuerit. Et pluralꝫ cũ lecti sim⁹

vel fuerim⁹ sitis vł fueritis sint vel fuerit̃. Preterito plusquãperfcõ cũ lecu⁹ essez vł fuissez ẽẽs ł fuisses esset vł fuisset. Et plr cum lecti ẽem⁹ vł fuissem⁹. essetis vł fuissetis essent ł fuissent. Futuro cũ lect⁹ ero vel fuero eris vel fueris erit vel fuerit. Et pluraliter cum lecti erimus vł fuerius eritis vel fueritis erunt vel fuerũt.

Infinitio modo numeris et persoĩs tẽpore pñti et pterito iperfcõ legi. preterito perfcõ ⁊ plusquãpfecto lectum esse vł fuisse. futuro lectum iri.

Quot participia trahũtur ab hoc verbo? duo. unũ tẽporis pteriti perfci lectus. alterũ futuri legẽdus.

De quarta ꝯiugatione.

Audio quõ decliatur? Indicatio modo tẽpore pñti. Audio audis audit. Et plr audius audi tis audiũt. Preterito impfcõ audiebã bas. bat. Et plr audiebam⁹ batis. bãt. Preterito perfcõ audiui audiuisti audiuit. Et plr audiuius audiuistis audiuerunt vel audiuere. Preterito plusquãpfcõ audiueraz ras. rat. Et plr audiverãus ratis. rãt. Futuro audiaz audies audiet. Et plr audiẽus audietis audient.

Imperatio modo tpe pñti audi audiat. Et plr audiam⁹ audite audiãt. Futuro audito tu audito ille. Et plr audiãus auditote audiunto.

Optatiuo mõ tẽpore pñti ⁊ pterito iperfcõ ũt audirẽ res. ret. Et plr utinã audirẽus retis. rẽt. Preterito perfcõ ⁊ plusquãpfcõ ũt audiuissem ses. set. Et plr utinã audiuissẽus setis. sent. Futuro utinã audiam as. at. Et plr ũt audiãus audiatis audiant.

Cõiunctiuo mõ tẽpore pñti cũ audiã as. at. Et plr cũ audiãus atis ant. Preterito imperfcõ cũ audirem res. ret. Et plr cũ audiremus retis. rent. Preterito

perfecto cū audiuerim audiueris audiuerit. Et plr̄
cū audiuerimus audiueritis audiuerit. Preterito plr̄
quāperfcō cū audiuissem audiuisses audiuisset. Et
pluralr̄ cū audiuissemus audiuissetis audiuissent.
Futuro cum audiuero audiueris audiuerit. Et plr̄
cum audiuerimus audiueritis audiuerint.

Infinitio mō numeris ⁊ persouis tp̄e pn̄ti ⁊ p̄teri
to impfcō audire. preterito perfcō et plusquāperfecto
audiuisse. futuro auditum ire vl̄ auditurū esse.

Gerundia audiēdus. audiēda. audiendum.

Supina auditum. auditu.

Quot participia trahūt ab hoc verbo? Duo. Unū
pn̄tis tēporis audiēs. et alterū futuri auditurus.

AUdior quō decliatur? Indicatio modo tēpōe
pn̄ti. Audior audiris vl̄ audire audit. Et plr̄
audimur audimini audiūtur. Preterito imperfcō au
diebar audiebaris vel audiebare audiebat. Et plr̄
audiebamur audiebamini audiebātur. Preterito per
fcō audit⁹ sum vel fui es vl̄ fuisti est vl̄ fuit. Et plr̄
auditi sum⁹ vel fuimus estis vl̄ fuistis sunt fuerūt
vel fuere. Preterito plusquāperfcō auditus eram vl̄
fueram. eras vl̄ fueras erat vel fuerat. Et plr̄ audi
ti eramus vl̄ fuerāus eratis vel fueratis erant vel
fuerant. Futuro audiar audieris vel audiere audie
tur. Et plr̄ audiemur audiemini audientur.

Impeatiuo modo tēpore pn̄ti audire audiatur. Et
pluraliter audiamur audiamini audiantur. Futuro
auditor tu auditor ille. Et pluraliter audiamur au
diminor audiuntor.

Optatio modo tp̄e pn̄ti ⁊ p̄terito īperfcō ūt audi
rer audireris vel audirere audiret Et plr̄ utinā au
diremur audiremini audirentur. Preterito perfecto

alre

et plusquãperfcõ utinã auditus essem vl fuissem es ses vl fuisses esset vel fuisset. Et plr utinam auditi essemus vl fuissem⁹ essetis vel fuissetis essent vel fuissent. Futuro utinã audiar audiaris vl audiare audiat. Et plr audiãur audiamini audiãtur.

Cõiunctiuo modo tẽpore pñti cũ audiar audiaris vl audiare audiat. Et plr cũ audiãur audiãini audiantur. Pterito imperfcõ cum audirer audireris vl audirere audiret. Et plr cũ audiremur audiremini audirẽtur. Preterito perfcõ cum auditus sim vl fuerim sis vl fueris sit vl fuerit. Et plr cũ auditi sim⁹ vel fuerĩus sitis vl fueritis sint vel fuerint. Preterito plusquãperfcõ cum auditus essem vl fuissez ẽẽs vel fuisses esset vel fuisset. Et plr cum auditi essez⁹ vel fuissemus essetis vel fuissetis essent vl fuissent. Futuro cum auditus ero vel fuero eris vel fueris erit vl fuerit. Et pluraliter cum auditi erimus vl fuerimus eritis vl fueritis erũt vel fuerint.

Infinitiuo modo nũeris et personis tẽpõe pñti et pt̃ito iperfcõ audiri. p̃tito perfcõ et plusquãperfecto auditum esse vel fuisse. futuro auditum iri.

Quot participia deriuãtur ab hoc verbo? Duo. unũ p̃ñti tẽporis auditus. alterũ futuri audiẽdus.

De verbis anomalis.

Quot sunt verba anomala? Quatuor. Sũ volo fero ꝛ edo. Quare dicuntur anomala? qsi nullius ꝯiugatiõis regulã sequũtur. Et ideo quasi inequalia sunt inequale sigĩficat.

Sum quõ decliat? Indicatiuo modo tpe pñti. Sum es est. Et plr sumus estis sunt. Preterito imperfecto eram eras erat. Et pluraliter eramus eratis erant. Preterito perfecto fui fuisti fuit.

Et plr fuim⁹ fuistis fuerūt vel fuere. Preterito plus quāperfcō fuerā ras.rat. Et plr fueramus fueratis fuerant. Futuro ero eris erit. Et pluraliter erimus eritis erunt.

Imperatiuo modo tempore presenti sis vel es sit Et plr simus este sint. Futuro esto tu esto ille. Et pluralr̄ sumus estote sumpto vel sumptote.

Optatio modo tēpore pn̄ti ꝛ p̄terito ĩperfcō utinā essem esses esset. Et plr̄ ūt esseūs essetis, essent. Preterito perfcō et plusquāperfecto ūt fuissem ses. set. Et plr utinā fuissem⁹ setis. sent. Futuro utinā sim sis sit. Et plr utinā simus sitis sint.

Coniunctiuo mō tp̄e pn̄ti cū sim sis sit. Et plr cum simus sitis sint. Preterito ĩperfcō cū essez esses esset. Et plr cum ēēmus essetis essent. Preterito psecto cū fuerim fueris fuerit. Et plr cū fuerīus fueritis fuerint. Preterito plusquāperfcō cum fuissem ses. set. Et plr cum fuissemus setis. sent. Futuro cū fuero ris. rit. Et plr cum fuermus ritis. rint.

Infinitiuo modo tp̄e pn̄ti ꝛ p̄terito ĩperfcō esse. p̄terito pfcō ꝛ plusquāperfcō fuisse. futuro caret.

Gerūdia essendus. essenda. essendum.

Supinis caret.

Quot participia deriuātur ab h⁹ verbo: unū. ens.

Volo quō decliatur: Indicatio mō tp̄e p̄senti. Volo vis vult. Et plr volum⁹ vultis volūt. Preterito imperfcō volebā bas. bat. Et plr volebāus batis. bant. Preterito perfcō volui voluisti voluit Et pluraliter voluimus voluistis voluerūt vel voluere. Preterito plusquāperfcō volueraz volueras voluerat. Et plr volueramus ratis. rant. Futuro volam voles volet. Et pluraliter volemus voletis

volent.

Imperatiuo caret. Sed i cōpositiōe habet noli et nolite. Futuro nolito. Et plr nolitote.

Optatiuo mō tpe pnti et pterito imperfecto utinaȝ vellem velles vellet. Et plr utinā vellēus velletis vellent. Preterito perfcō et plusquāpfcō ūt voluisseȝ ses. set. Et pluraliter utinā voluissemus setis. sent. Futuro utinam velim velis velit. Et pluraliter ūt velimus velitis velint.

Cōiunctiuo mō tēpōe pnti cuȝ velim velis velit. Et plr cum velimus velitis velint. Preterito iperfe cto cū vellem velles vellet. Et plr cuȝ vellem9 velletis vellent. Preterito perfcō cum voluerim volueris voluerit. Et plr cuȝ voluerimus volueritis voluerint. Preterito pluspuāperfecto cum voluisseȝ voluisses voluisset. Et plr cum voluissemus voluissetis voluissent. Futuro cum voluero ris. rit. Et pluraliter cum voluerimus ritis. rint.

Infinitiuo modo nūeris et personis tēpore pnti et pterito imperfcō velle. preterito perfecto ⁊ plusquāpfecto voluisse. futuro caret.

Gerūdia volendus. volenda. volendum.

Supinis caret.

Quot participia trahūt ab hoc verbo: unū. volēs.

Fero quō declīatur: Indicatiuo mō tēpore pnti Fero, fers fert. Et plr ferimus fertis ferunt. Preterito imperfcō ferebā bas. bat. Et plr ferebāus batis. bāt. Preterito perfcō tuli tulisti tulit. Et plr tulimus tulistis tulerūt l tulere. Preterito plusquāperfecto tuleram tuleras tulerat. Et plr tuleramus tuleratis tulerāt. Futuro feram feres feret. Et pluraliter feremus feretis ferent.

Imperatiuo modo tempore presenti fer ferat. Et pluralr faramus ferte ferant. Futuro ferto tu ferto ille Et pluralr feramus fertote ferunto.
Optatio modo tēpore pn̄ti & preterito imperfcō ut/ ferrem res. ret. Et plr ut ferrēus retis. rēt. Preterito perfcō & plusquāperfcō ut tulissem ses. set. Et plr ut tulissemus setis. sent. Futuro utinā feram ras. rat. Et plr utinā feramus ratis. rant.
Coniunctiuo modo tpe pn̄ti cū ferā ras. rat. Et plr cū ferāus ratis. rāt. Preterito iperfcō cū ferrem res. ret. Et pluraliter cum ferremus retis. rent. Preterito perfcō cū tuleri ris. rit. Et plr cū tulerius ritis. rit. Preterito plusquāperfecto cum tulissem tulisses tu lisset. Et plr cū tulissemus tulissetis tulissent. Futo cum tulero tuleris tulerit. Et pluraliter cum tulerimus tuleritis tulerint.
Infinitio mō tēpore pn̄ti et preterito imperfcō ferre. preterito perfcō et plusquāperfcō tulisse. futuro latum ire vl laturum esse.
Gerūdia ferēdus. ferenda. ferendum.
Supina latum latu.
Quot participia trahūtur ab hoc verbo? Duo. Unū pn̄tis tēpōis. ut ferēs. alterū futuri. ut laturus.
Feror quō decliatur? Indicatio mō tpe pn̄senti Feror ferris vel ferre fertur. Et plr ferimur feriminī ferūt. Preterito imperfecto ferebar baris. vl bare. batur. Et pluraliter ferebamur bamini. bātur. Preterito perfecto latus sum vel fui. es vel isti. est vel it. Et pluraliter lati sumus vl fuimus estis vel fuistis sunt fuerūt vl fuere. Preterito plusquamperfecto latus eram vel fueraz eras vl fueras erat vl

rat. Et pluraliter lati eramus vel fueramus eratis vel ratis. erãt vel rant. Futuro ferar reris. vl' rere. retur. Et plr feremur remini. rentur.

Imperatiuo modo tempore pñti ferre feratur. Et plr feramur rimini. rãtur. Futuro fertor tu fertor ille. Et plr feramur riminor. runtor.

Optatiuo modo tẽpore presenti et preterito iperfcõ utinam ferrer reris. vel rere. retur. Et plr̃ ũt ferremur remini. rẽtur. Preterito perfecto et plusquam perfecto utinã latus essem vel fuissem esses vel fuisses esset vel fuisset. Et plr ũt lati essem⁹ vl' fuissem⁹ essetis vel fuissetis essent vl' fuissent. Futuro ũt ferar raris. vl' rare. ratur. Et plr utinam feramur feramini ferãtur.

Cõiunctiuo modo tẽpore pñti cum ferar raris. vl' rare. ratur. Et plr cum ferãur ramini. rãtur. Preterito imperfcõ cum ferrer reris. vel rere. retur. Et pluraliter cũ ferremur remini. rẽtur. Preťito pfcõ cum latus sim vel fuerĩ sis vl' ris. sit vl' rit. Et plr cum lati simus vel fuerimus. sitis vel ritis. sint vel rint. Preťito plusquãperfcõ cũ latus essem vl' fuissem esses vl' ses. esset vel set. Et plr cuĩ lati ẽẽmus vel fuissemus essetis vel setis. essent vel sent. Fuťo cum latus ero vel fuero eris vel fueris erit vel fuerit. Et plr̃ cum lati erimus uel fuerim⁹ eritis uel ritis. erunt vel rint.

Infinitiuo modo tẽpore pñti et preterito impecfcõ ferri. preťito perfcõ et plusquãperfcõ latum esse ul' fuisse. futuro latum iri.

Quot participia trahuntur ab hoc verbo: Duo. Unum preteriti temporis ut latus. Alterum futuri ut ferendus.

E Do es est. Et plr̃ edim⁹ editis edũt. Preterito ipfcõ edebã bas. bat. Et plr edebã⁹ batis. bãt. Preterito perfecto edi edisti edit. Et pluralr̃ edimus edistis ederũt vel edere. Preterito plusquãperfecto ederã ras. rat. Et plr̃ ederãus ratis. rãt. Futuro edam edes edet. Et plr edem⁹ edetis edent.

Imperatiuo mõ tẽpore pñti ede edat. Et pluralir̃ edamus edite edãt. Futuro edito tu edito ille. Et plr edamus editote edunto.

Optatiuo mõ tpe pñti et preterito imperfcõ ũt ederes. ret. Et plr̃ ũt ederem⁹ retis. rent. Preterito perfecto ꝛ plusquãperfcõ ũt edissem ses. set. Et pluraliter utinã edissemus setis. setis. Futuro utinã edã edas edat. Et plr̃ ũt edamus edatis edant.

Cõiunctiuo mõ tẽpore pñti cum edam edas edat Et plr̃ cum edamus edatis edant. Preterito impfcõ cum ederem res. ret. Et plr̃ cum ederẽus retis. rẽt. Preterito perfcõ cũ ederim ris. rit. Et plr̃ cũ ederĩus ritis. rint. Preterito plusquãpfcõ cũ edissem ses. set. Et plr̃ cũ edissemus setis. sent. Futuro cum edero ris. rit. Et cũ ederimus ritis. rint.

Infinitiuo mõ tẽpore pñti ꝛ pterito ĩperfcõ edere. pterito pfcõ ꝛ plusquãpfcõ edisse. futo esuꝫ ire ł esuꝛ esse.

Gerũdia edẽdus. edẽda. edẽdum.

Supina esum esu.

Quot participia deriuãtur ab hoc verbo: duo. Unũ pñtis tẽporis edẽs. Alterũ futuri esurus.

E O is it. Et plr̃ imus itis eunt. Preterito imperfecto ibã ibas ibat. Et plr̃ ibãus ibatis ibant. Preterito perfcõ iui iuisti iuit. Et plr̃ iuimus iuistis iuerũt vel iuere. Preterito plusquãperfcõ iuerã ras. rat. Et plr̃ iuerãus ratis. rãt. Futuro ibo ibis ibit. Et

pluraliter ibimus ibitis ibunt.

Impatiuo modo tp̄e p̄nti i eat. Et plr̄ eamus ite eant. futuro ito tu ito ille. Et plr̄ eam⁹ itote eūto.

Optatio mō tp̄e p̄nti ꝛ p̄terito impfecto utinā irez ires iret. Et plr̄ utinam iremus iretis irent. Prete rito pfecto et plusquāpfecto utinaz iuissem ses. set. Et plr̄ utinam iuissemus setis. sent. Futuro utinam eam eas eas. Et plr̄ ūt eamus eatis eant.

Coniunctiuo modo tēpore p̄nti cum eam eas eat. Et plr̄ cum eamus eatis eant. Preťito imperfcō cū irem ires iret. Et plr̄ cū irēus iretis irent. Preťito perfcō cum iuerim ris. rit. Et plr̄ cuz iuerimus iue ritis iuerint. Preťito plusquāpefcō cum iuissez ses. set. Et plr̄ cum iuissemus setis. seut. Futuro cū iue ro ris. rit. Et plr cū iuerius ritis. rint

Infinitio modo tp̄e p̄nti ꝛ preťito imperfcō ire. p̄ terito pfcō ꝛ plusquāperfcō iuisse. futuro itū ire vel iturū esse.

Gerūdia eūdus eūda eūdum.

Supina itum. itu.

Quot participia descēdunt ab hac verbo: duo. Unū p̄ntis tp̄is iens euntis. Alterū futuri iturus. itura. iturum.

Queo: quis: quiui: similr̄ decliatur. Unde etiā similia sunt participia. quiens. queuntis. quiturus. quitura. quiturum.

Fio fis fit. Et plr fimus fitis fiunt. Preťito imperfcō fiebā bas. bat. Et plr fiebāus batis. bāt Preťito perfecto factus sum vel fui es vl̄ fuisti est vel fuit. Et pluraliter facti sumus vel fuimus estis vel fuistis sunt fuerūt vl̄ fuere. Preťito plusquamperfcō factus eram vel fueram eras vel fueras erat vel fuerat. Et plr̄ facti erāus vl̄ fuerāus eratis, vel

fueratis erant vel fuerant. Futuro fiam fies fiet. Et plr fiemus fietis fient.

Imperatiuo modo tpe pñti fi fiat. Et fiatis fite fiāt Futuro fito tu fito ille. Et plr fiam⁹ fitote fiūto.

Optatiuo mō tēpore pñti ꝛ pterito iperfcō ūt fierē res. ret. Et plr ūt fierēus retis. rent. Preťito perfcō et plusquāperfcō ūt factus ēēm vel fuissem ēēs vel fuisses ēēt vel fuisset. Et plr ūt facti ēēmus vel fuissem⁹ ēētis vel fuissetis ēēnt vel fuissent. futnro utinam fiam as. at. Et pluraliter ūt fiamus atis. ant.

Cōiunctiuo modo tpe pñti cū fiam as. at. Et plr cum fiamus atis. ant. preťito imperfcō cuȝ fierem res. ret. Et plr cū fierēus retis. rent. preťito perfcō cum factus sim vel fuerim sis vel ris. sit vel rit. Et pluraliter cum facti sim⁹ vel fuerim⁹ sitis vel ritis. sint vel rint. preťito plusquāperfcō cuȝ factus ēēm vel fuissem ēēs vel ses. ēēt vel set. Et pluraliter cuȝ facti ēēm⁹ vel fuissem⁹ ēētis vel setis. ēēnt vl' sent. Futuro cum factus ero vel fuero. eris vel ris. erit vel rit. Et pluraliter cum facti erīus vel fuerimus eritis vel ritis. erunt vel rint.

Infinitiuo modo tpe pñti ꝛ pterito impfcō fieri. preterito perfecto et plusquāperfcō factum esse vel fuisse. futuro factum iri.

Gerundiis caret.

Supina factum factu.

Quot participia deriuātur ab hoc verbo? Unum. factus. facta. factum.

Gaudeo quō declīatur? Indicatiuo mō tēpore pñti. Gaudeo des. det. gaudemus detis. dēt. Preterito imperfcō gaudebam bas. bat. gaudebam⁹ batis. bāt. Preťito pfcō gauisus sum vel fui es

vel fuisti est vel fuit. Et plr̃ gauisi sumꝰ vel fuius e
stis ꝟ istis. sunt fuerũt vꝉ ere. Preterito plusquãpfcõ
gauisus erã vel fuerã eras vel ras. erat vel rat. ga-
uisi eramus vel fuerãus eratis vel ratis. erant vel
rãt. Futuro gaudebo bis. bit. gaudebimus. bitis. bũt.
Imperatiuo modo tp̃e pñti gaude gaudeat. gaude
amus gaudete gaudeãt. Futuro gaudeto tu gaude
to ille. gaudeãus gaudetote gaudento.
Optatiuo modo tp̃e pñti et p̃terito iperfcõ ũt gau-
derẽ res. ret. gauderẽus retis. rent. Preterito pfecto
et plusquãperfcõ ũt gauisus essez vel fuissem esses
vel ses. esset vel set. gauisi essemꝰ vel fuissemus esse
tis vel setis. essent vel sent. Futuro ũt gaudeã as. at.
gaudeãus atis. ãt. Cõiunctiuo mõ cũ similr̃ Preteri
to imperfecto cũ gauderẽ res. ret. gauderẽus retis.
rent. Preterito perfcõ cũ gauisus sim uꝉ fuerĩ sis uel
ris. sit vꝉ rit. gauisi simꝰ uꝉ fueriꝰ sitis uꝉ ritis. sint
vel rit. Preterito plꝰquãpfcõ cũ gauisus ẽẽm ꝉ fuissez
ẽẽs uꝉ ses. ẽẽt uꝉ set. gauisi ẽẽmꝰ uꝉ fuissemꝰ ẽẽtis ꝉ
setis. ẽẽnt uꝉ sent. futuro cũ gauisus ero ꝉ fuero eris
ris. erit uel rit. erĩus uel fuerĩus eritis uel ritis. erũt
Infinitiuo mõ tp̃e pñti ⁊ p̃terito iperfecto (uel rit.
gaudere. p̃terito pfcõ ⁊ plusquãpfcõ gauisuz esse uꝉ
fuisse. futuro gauisuz ire uel gauisurũ esse. Gerũdia
gaudẽdus. da. dum. Supina gausum gauisu.
Quot participia descẽdunt ab hoc verbo? Tria. p̃
sentis gaudẽs. p̃teriti gauisus. ⁊ futuri gauisurus.
Memini sic decliatur. Memini meministi memi-
nit. meminimus meministis mẽinerũt uel memi
nere Preterito plusquãpfecto memineram ras. rat.
memineramus ratis. rant. Futuro caret.
Imperatiuo mõ tp̃e pñti et futuro memento tu. Et

pluraliter mementote vos.
Optatio mō tēpore pñti ꝛ preterito plusquāperfecto utinam meminissem meminisses memisset. Et plr utinā meminissemus memissetis meminissent
Cōiunctio modo tpe pñti ꝛ preterito perfecto cum meminerim ris.rit.meminerimus ritis.rint. Preterito pfcō ꝛ plusquāperfcō cum memissem ses.set. meminissemus setis.sent. Futuro cum meminero ris.rit.meminerimus ritis.rint.
Infinitiuo modo tpe pñti: pterito imperfcō: preterito perfcō ꝛ plusquāperfco.meminisse.
Futuro: Gerūdiis: Supinis: ꝛ participiis caret.
Similiter declinātur Odi odisti odit.
Noui nouisti nouit. Cepi cepisti cepit

De impersonaliū decliatione.

Impersonalia que deriuātur a verbis in o: significātib⁹ actionē qūo declinātur: In tertiis tantum personis.hoc modo.

| | |
|---|---|
| Indicatio modo tpe pñti. | amatur. |
| preterito imperfcō. | amabatur. |
| preterito perfcō. | amatum est vl fuit. |
| preterito plusquāperfcō. | amatū erat vl fuerat. |
| futuro. | amabit. |
| Impatiuo mō tēpore pñti. | ametur. |
| futuro. | amator. |
Cur potiꝰ dicius accepi litteras abs te q̄3 ab te:q2 ab cū duabꝰ liq̄dis : et cū i quādo cōsonās est iūgit. et cū oībus dictioībus īcipiētibꝰ a vocali. ut ab lege ab legatis.ab rege.ab re.ab ioue.ab ianiculo.ab hominibus.ab hostibus.Abs vero cu3 te.ut abs te.abs Tito.Interdū cū.q.ut Terētius . abs quiuis hoīe beneficiū accipere gratum est. Cum ceteris vero iūgitur a.ut a nobis:a bello.a foro.

Cur nō ita dicius : retulit mihi epistolā tuā: sicut attulit mihi eplam tuā:quia afferre ⁊ referre differūt.Afferre eni est aliqd ad alique3 ferre .ut attulit mihi litteras.attulit librū. tēpus multa affert nobis Referre vero est retro aliquid ferre.ut si remitterē litteras quas accepi ita dicerē: retulit tibi Helius perottus litteras : quas mihi abs te attulerat. In quo notādum est. retulit dicēdum esse: ⁊ nō refert. Ubi oēs fere nostre etatis errāt dicētes.lator psentiū:in quo nō modo barbare loquūtur sed etiā falso. Non

eni lator est nec cū scribūtur littere nec cuz legūtur: sed cū scribūtur laturus est. cū legūtur: attulit. inspiciēdum aūt a nobis est temp⁹ quo leguntur: nō quo scribūtur.

Cum igr̄ litteras legitis ad quē scripsim⁹ nō referūtur: sed iā relate sunt littere. itaqz retulit dicēduz est: nō refert. ut Cicero ad valeriū. Publi⁹ Cornelius qui tibi has litteras dedit. ⁊ alibi. Amo illū qui ad te his litteris ꝓfect⁹ est mirū in modū. sed ut eo unde discessim⁹ reuertāur. referre est retroferre. ut Quītiliāus. arma nō retuli: id est reportaui.

Differt ne aliquid cū dicius: retulit mihi: ⁊ retulit ad me: et retulit senatui: ⁊ in senatu: ⁊ ad senatuz? Differt sane. Nā cū dicius retulit mihi vl̄ retulit senatui: significat vl̄ reportauit. ut retulit litteras et referētem signa camillū. vl̄ enarrauit. ut Ti. liuius postq̄z legati cōsulib⁹ ⁊ in senatu: que gesta erāt nō retulerūt. Cū vero dicius retulit ad me ⁊ ad senatū significat i cōsultationē tulit. ut Quītiliāus. nō retulit ad matrē: nō amicos cōsuluit: nō ꝓpinquos. Cicero in catilinā. refer īquit ad senatū. id est. fer ī cōsultationē senat⁹. Uirgili⁹. Dilectos populi ad ꝓceres primūqz parētem. Mōstra deū refero. et ne forte dubitares de sensu: subiūxit. et que sit snīa posco.

Sed nota ꝗ queādmodū dicius referre ad senatū ita dicius ferre ad populū. ut Pōpeius ad populuz tulit. ex illo fit senat⁹ consultū: ex hoc rogatio q̄ est instar legis. Dicius p̄terea refero tibi acceptū ꝓ eo qđ est. fateor me abs te accepisse. Cicero pro Deiotaro: ōnia q̄ postea vidim⁹: qđ aūtē mali nō vidim⁹ si recte ratiōabimur uni accepta referem⁹ Antonio. Itē fero tibi acceptū est habeo abs te ꝓ recepto id qđ mihi debebas: etiā si nulla solutio īterue

nerit. referre vero impēsum: est rationē reddere de expēsis factis. Io ie ho renduta rasione de le spese che io ho fatte. Retuli tibi expēsum. Pōitur etiaz aliqñ referre p cōferre. Cicero si ad unū ōnia referēda sunt dignissimū esse Pompeium. Hoc est si in unum oīa ꝯferēda sunt. Notādum ē ꝙ cū refero significat i consultationē fero: accusatiuū hr̄e potest et ablatiuū cū de. ut hec oīa referā ad senatū. ⁊ de ōnibus his referā ad senatū. hoc tn̄ et frequētiꝰ ⁊ elegātius est. Quid cetera cōposita a fero: habent ne eādem aut variā significatiōem: Variā pfecto: pro varietate cōpositiōis. Nā anteferre ē pponere. circūferre ē p oēs partes rē aliquā siue sermonē aut rūorem ferre. ut circūfert camelū. cirūfert nouū. Offerre ē dedicare seu tradere. ut optulit deo sacrificium optulit mihi librū. Perferre est tollerare. ut multas pertulit calāitates. Proferre pnūciare. ut ne verbū quidā ptulit. et est in mediū ferre ⁊ quasi revelare. ptulit ta bellas quas i sinu habebat. proferre ē etiā prorogare. ut psert negocia i longū. Preferre ē anteferre. ut pudica virgo pfert cōmodo pudorē. qd si inter pre ⁊ ferre iterponat̄ me aut te aut se: sigīficat ostēdere. ⁊ quasi signū atqz argumētuz quoddā prebere. ut pre me fero magnā hūilitatem. id ē. ostēdo magnā hūilitatē. et signū quoddā atqz argumētum prebeo magne hūilitatis. Auferre ē vl̄ furto vel vi aliquid tollere. ut abstulit mihi librū. abstulit ensem Deferre interdum ē deorsum ferre. ut detulit nauē in mare. hoc est deduxit. Interdū est accusare siue maledicere. ut pleriqz iiuste detulerunt me ad pōtificē. hoc ē accusauerunt. et male de me dixerūt pōtifici. unde dicunt̄ delatores. hoc ē. clādestini accusatores: et p improbitatē siue inuidiā mala referētes.

Efferre est extra ferre. ut effer hāc rē ex edib⁹ no
stris. Est etiā funus ferre. ut extulit defunctum sine
sumptu. hoc est fun⁹ fecit. Trāsferre ē trāsportare
ita tñ ut qđ transfertur sepe remaneat. Cicero hunc
morem spartiate trāstulerūt ī femīas. Idē de offi
ciis. quod ī una re ab ennio positū trāsfert ī multas
Lucan⁹. Nōdum trāslatos romana ī secla luxus.
Inferre est īmittere. ut infer digitū in plagā. est eti-
ā deducere. ut ex maiori ⁊ miori extrēitate ītulit cō
clusionē. hoc est deduxit. Sufferre ē tollerare ⁊ pa
ti. Differre ē ꝓtrahere. ut distulit negociū. hoc est
protraxit. Est etiā differēs esse. ut nī'tū differt pro
b⁹ ab īprobo. Unde dicit̄ differētia. Cōferre aliqñ
est ꝯparare. ut ꝯfer hāc rem illi: vł cū illa. hoc ē cō
para. interdū est ꝯiūgere. ut cōfer oīa in unū. Non-
nūquā ē ire. Ubi notādu3. ꝙ si cū re inaniata iūgit̄:
potest hr̄e in ⁊ ad ꝓpositiōes. ut ꝯfero me ī tēplum.
et cōfero me ad tēplum. cōfero me ad villā. ⁊ cōtuli
me ad villā. si vero cū re aīata: dūtaxat ad. ut con
tuli me ad platonē ⁊ non ī platonē. cōfero me ad pō
tificē: ⁊ nō in pōtificem. Nō enī pōt habere duos ac
cusatios aīatos. sed si habeat alterū accusatiuū rei
inanimate: pōt iungi cū aīato cum ꝓpositione in. et
habet significationē quādam doni siue bñficii. ut mł
ta cōtuli in te. ⁊ multa cōferā. id est multa donaui ⁊
multa donabo. mł̄tis te affeci bñficiis. mł̄tis te affi
Est ne aliud hic notādū? Illud maxie notā ( ciā.
du3 est: ꝙ pme ꝑsone verbi raro addit̄ ego. et secū
de ꝑsone raro addit̄ tu. Cuius rei ratio ē. q2 sola hec
duo ꝓnoīa subintelligi possunt. cum. n. dicit̄ scripsi:
intelligit̄ ego. et cum dicit̄ scripsisti: intelligitur tu.
Frustra igr̄ sepe ponerētur hec ꝓnoīa. ponunt̄ tañ
aliqñ ad maiorem expressionē. Eadem ratio ē prie

et secũde ꝑsone nũeri pluralis:ubi nos ⁊ vos ꝓnoĩa
intelliguntur.

Q uõo latine ⁊ eleganter dicimus. De la qual litte-
ra io ho preso gran piacere? Id quoqꝫ multis mo
dis exprimimꝰ. Que magnã mihi voluptatem attu
lerũt. que mihi gratissime fuerunt. que me nõ medi
ocri voluptate affecerũt. que mihi mirum ĩ moduꝫ
iocunde fuerunt. ex quibꝰ nõ mediocrẽ leticiã ꝑcepi
que vix exprimere posseꝫ quãtum mihi voluptatis
attulerunt. quibus nihil mihi iocũdius accidere po-
tuisset. quibꝰ nihil mihi poterat gratius afferri. que
singulari me leticia affecerunt.

Q uid interest inter g̃tum ⁊ iocũdum? Iocundum
prope in rebus secundis dicit̃: g̃tum ĩ aduersis. In
iocundo.n. est quedã gr̃a delectatiõis tantuꝫ. ut flu-
mina. fontes. nemora. rose. flores. iocunda sunt. In
grato vero etiã cõmodi. ut aspectus. messis oleaꝝ.
fructicum vineaꝝ. gratus ẽ. Dicius autẽ hoĩem io
cunduꝫ: nõ q letus est: sed q leticiam alteri affert.
Unde potest aliqs tristis mestusqꝫ esse: ⁊ tamẽ io-
cundus. ut mesticia ĩimicoꝝ iocunda est nobis. Un
de nõ recte locutꝰ est: qui dixit. iocundos nos faciat
sue ĩteresse ꝯmeõrationi. iocundos dixit pro letos.
Exprimit autẽ hãc differentiã optĩe Cicero ad sul-
pitium cõsolantem de morte filie. Seruius inqt tuꝰ
õnibus rebꝰ infuit. cuiꝰ officia et si aliqñ iocũdiora
nunquã tamen gratiora. idẽ amor tuus g̃tus ⁊ opta
tus. dicerem iocundũ: nisi id verbum ĩ õne tempꝰ
ꝑdidissem. Cõiungunt etiã hec duo adiectĩa in ea:
quã dixĩus ꝓprietate hoc modo. littere tue g̃tissime
mihi ac iocundissime fuerunt.

Afficere quid ꝓprie significat? Afficere est affecti
onem quãdã siue dispositionem ĩducere. ut hec res

afficit me dolore.i.inducit in me dolorez.afficit me molestia.i.iducit mihi molestiã.afficit me leticia.afficit me cõsolatiõe.id est.affert mihi gaudiũ: affert cõsolationẽ. Repitur etiã absolute positũ hoc verbũ.ut multa sunt q̃ afficiũt hoiem.hoc ẽ affectiones siue affectus iducũt.hincqz ⁊ affectio dicitur ⁊ affectꝰ. Quãq̃m Cicero solo affectiõis vocabulo utat: nũq̃z affectus: quo Quĩtiliãus ⁊ posteriores oẽs utũtur Est aũt affectio sicut Cicero diffinit ãimi ⁊ corpõis ex tẽpore aliqua de causa mutatio.ut leticia:gaudium:dolor:molestia:⁊ similia. Aiaduertẽdũ autem ꝙ dicimus facio tibi iniuriã: ⁊ afficio te ĩiuria.facio tibi cõtumeliã:⁊ afficio te ꝯtumelia.Nõ aũt dicius: facio tibi molestiã: facio tibi leticiã: facio tibi voluptatẽ: facio tibi gaudiũ: facio tibi iocũditatẽ: sz afficio te molestia.afficio te leticia.afficio te voluptate afficio te gaudio: afficio te iocũditate.

Quid facio: ex quo hoc verbũ ꝯpõitur: quot modis capit i orõe? Multis modis. Sed illõ ĩ primis notãdum est.ꝙ in epl'is frequẽtissime põimus: facio te certiorẽ: ⁊ nũquã certũ.dicius etiã facio tibi gratum: facio ludos: facio rẽ diuinã: facio sacrificiũ. Itẽ illud diligẽter attẽdendũ est. ꝙ dicius: feci dãnum feci iacturã: naufragiũ. quasi passus sum dãnum: iacturã: nanfragiũ: ut respublica fecit iacturã ⁊ dãnũ. Cicerõis interitu latie littere fecerũt. ⁊ Quĩtiliãus.i portu naufragiũ fecꝰ. queãdmodũ etiã dicꝰ fregi brachiũ. ꝑ eo ꝙ brachiũ meũ fractũ ẽ. et fregi nauẽ: ꝑ nauis mea fracta ẽ. Itẽ dicꝰ facio tibi copiã rerũ meaꝝ. facio lucrũ. facio urinã. et similia.

Quomõ cõpõitur afficio? Ex ad ⁊ facio. Cõponit etiã cũ aliis ꝑpositiõibꝰ. ut interficio. hoc ẽ neco. officio. id est noceo. cuiꝰ passiuũ est officior. perficio qđ

est absoluo. Deficio qđ interdū significat deesse. et exigit accusatiuū. ut tēpus me deficeret. hoc ē tēpus mihi deesset. Interdū significat desistere ab uno ad aliū. et quasi rebellare. et habet accusatiuū cū ad. ut deficit a Cesare ad Pōpeium. hīc fit defectio. ut per defectionē oppidāoꝝ: presidiū se in arcem recepit. Defectus autem fit a deficio: quādo significat desum. ut quia deficiunt mihi pecunie: non possum incumbere litteris. et ꝓpter defectū pecūiarum: non possum incumbere litteris. defectu medicoꝝ: multi pereunt. hoc est. q2 desunt medici. Non autē significat culpam siue vicium: ut multi per imperitiā capiunt defectus: hoc est vicia. Unde elegāter dicere possum⁹. Plures pereūt culpa medicoꝝ q̄z defectu id est. plures pereūt quia malos hn̄t medicos: quā quia nō habēt. Efficio idē est qđ facio. ūde officium dicit: id quod facere unusquisq3 debet. Unde etiaz factio a facio dicit: quod oppidianos ambiendo facimus unius aut alteri⁹ partis. Perficio id ē fructuz et quasi ꝓfectū facio. ut adolescētes discēdo ꝓficiūt. propt qđ barbare loquūtur q discūbētes ita salutāt. proficiat vobis. Dicēdum poti⁹ esset ꝓficite aut ꝓficiatis. Preficio. id ē p̄pono alicui rei agēde. Unde p̄fecti vigilū. prefecti erarii: q aut vigiliis aut erario p̄fecti sunt. Inficio hoc ē tingo. ut lane infecte. iterdum maculo. ut ea lues finitima etiam loca infecit. Sufficio qđ interdū significat satis sum. ut sufficiat mihi bēiuolentia p̄ncipis. interdum substituo. ut in locum defuncti cōsulis suffectus ē alius.

Reficio quod est rursus facio: siue instauro. ut reficit domū. reficit templa.

Conficio quod interdum pro facio: interdum pro perficio pōitur. ut cōfeci negociū tuum. hoc ē ꝑfeci.

Repitur etiam cuȝ nomib⁹ ꝯpositum. ut supra cuȝ de verbis tractarēus ostendimus.

Officiū de quo paulo āte mētionē fecisti qd ē? Est ea virtutis actio: quā greci vocāt. hoc ē. qđ homini loco tēpori dignitati ꝯuenit. Unde recte dicitur in familia nostra oēs officiū exercēt. i. ōnes agunt qđ debēt. Et eo legatis obuiā officii grā. id est quia sic debeo. Unde factū est: ut officia significēt etiā beneficia. ut nō sunt exprobrāda officia. et Quītiliāus. Duxit me similis etas. effecerūt officia cepit fides amātem. odisse nō potui. Magistrat⁹ quoqȝ aliqñ officiū dicitur. et artes bone suū officiū habent Unde dicimus: officium grammatici. officiū medici. officium architecti.

Quomodo elegāter dicius? Per che da la ditta littera io ho facilmente cōpreso: e che tu se sano: e che nō solamente me voi bene: ma me ami grādamēte. Ex his enī facile perspexi te ꝛ valere: et nō modo me diligere: sed etiā vehemēt amare. Itē qñ quidē ex his intellexi: ꝛ tibi bene esse: ꝛ me abs te nō solū diligi: sed etiā vehemēter amari. Itē cū ex his facile cognouerī te ꝛ incolumē esse: ꝛ me nō vulgariter: sed mirifice amare. Itē ꝙ: siue qñ: siue nā: siue nāqȝ: siue quoniā: siue quia: siue quippe ex his pspexi ꝛ valere te: ꝛ nō mō me diligere: sed etiaȝ mirifice amare. vl' quin etiā mirifice amare.

Quid in primis notādum ē? ꝙ ea que ꝑ subiūctiuū verbum cū coniūctiōe ꝙ dici possunt: lōge elegātius sine ꝙ per infinitū dicūtur. Uerbi gratia. Jo so che tu legi. Scio ꝙ tu legis. Scio te legere. Jo ho cognoscuto che tu me ami. Perspexi ꝙ tu amas me. pspexi te amare me. vel me amari abs te. Spero che questo o vero e: o vero sara. Spero ꝙ hoc

vel est vł erit. spero hoc vel esse vł fore. Io te ꝓ
mitto sopra la mia fede: che tu pdonerai a me ⁊ io p
donaro a te. Do tibi fidē: et tu mihi ⁊ ego tibi veni-
am dabo. do tibi fidē ⁊ te mihi ⁊ me tibi veniā datu-
rum. Certa cosa e: che queste cose se deueriāo scri
uere nō in carta: ma in marmo o vero in metallo.
Certum est ꝙ hec nō ī mēbranis scribi deberēt: sed
vel in marmore vel in ere. certum est hec non in
mēbranis: sed in marmore vel in ere scribi debere
Uel potius. certum ē hec nō in mēbrāis: sed in mar
more vel in ere scribēda esse.
Quid interest īter esse ⁊ fore? Esse pn̄tis tēporis si
gnificationē habet. fore vero futuri. Idemq; ē fore:
quod futurū esse. Licet forem fores foret idē sit ꝙ
essem esses esset. Unde barbare loquūtur: q dicunt
amaturū fore. quod pinde est: ac si diceret: amatu
rū futuꝝ esse. quē duo futura: latina lingua nō pati
tur. itaq; cū noīb⁹ iūgit fore non cum participiis. ut
spero te amatorē fore. Nā cū dicius spero te aman
tē mei fore. nomē est amātem: nō participiū. nō enī
dicerēus: spero te amātem me fore. Cicero. spero a
miciciā nostrā notā posteritati fore. posteritati di-
xit: nō a posteritate. ut nomē sit nō participiū. dici-
mus autē. spero te admirādum fore cū adoleueris.
hoc est dignū admiratiōe. nā pro noīe pōitur. Cōpo
sita vero a fore absolute ponūtur. Uirgili⁹. Affore
cernetis hoc est affuturos videbitis. vł videbitis ꝙ
aderunt. Cicero. Uerū arbitrātur nō defore q illam
restituāt. Hoc est. nō defuturos. vel ꝙ nō deerunt.
Cōfore ⁊ ꝑfore apd̄ poetas legūtur. Horati⁹. Que
nocuere sequar. fugiā q̄ ꝑfore credā. h° ē ꝑfutura
esse. Nōne iperfcā est ōrō illa superior. Do tibi fidē

ꝙ tu mihi ⁊ ego tibi veniā dabo. deficit enī ꝙ tu mi
hi veniā dabis. nā dabo illud postremū nō pōt refer
ri ad tu: qđ est ꝓnomē secūde ꝑsone: perfcā ē oro ⁊
nihil deest. Nā cum ī oratiōe plura sunt supposita:
verbum sequi debet ultimū suppositū. ut ego te de g̃
matica: tu me de epl̃is ꝓcōctaris. Subītelligit enī
in ꝑma parte ꝓcōctor. sic ecōuerso. tu me de epistol:
ego te de grāmatica ꝓconctor. subītelligit in prima
parte ꝓcōctaris. Sz aīaduertēdū diligēter. ꝙ hoc
nō fit: quādo p ꝯparationē aut similitudinē loqmur
ut lōge meli⁹ ego q̃z tu id dixissem. nō pōt dici dix-
isses. Hector ita elegāter hoc ut tu dixisset. non pōt
dici dixisses. tu meli⁹ q̃z ego diceres non potest dici
dicerem.

Do fidē: quid significat? Dare fidē nō est adhibe
re fidem. ut fere oēs loquūtur. des fidē verbis illius
id ē credas. et nō est dāda fides verbis illi⁹. i. non ē
credendū illi. Immo soleo ego p iocū vernacl'a lin-
gua dicere cōtrarium. et cū video aliquē īfidū atq3
mēdacē asserere. A costui se vole dare fede. ⁊ q̃ren
tibus: per che? respōdere. p che nō ha niēte. Est er-
go dare fidē: aliq̄d sancte ꝓmittere. queadmodum
vernacula līgua dicius. Io te ꝓmetto sop la mia fe
de. Uirg. Accipe daq3 fidez. hoc est accipe sanctam
promissionē a me: ⁊ da mihi vicissim tuā. Qđ autē
vernacl'a lingua dicius: dare fede ad altri: latine
dicius habere fidē. Quītiliāus. Fidē habes hoībus:
quos mētiri aliis affirmat. Illud quoq3 notādnm.
ꝙ a fides fit ꝑfidus pēultima breui. hoc est is qui fi
dē violat. A fido vero verbo fit infidus penultima
longa: hoc ē cui nō est fidendum. Que ē līgua ver-
nacula: est lingua vulgaris ⁊ illitterata: quā īperiti
maternā vocāt. et dicit vernacl'a: q̄si peculiaris pa-

trie nostre ⁊ in patria nr̃a nata. Nã vernacul⁹ la. lum. sigĩficat. q̃ð ẽ domi nostre ⁊ ĩ patria nr̃a natu3. Et dicr̃ a verna: qui est seruus domi nostre natus hoc est ex nostra ancilla.

Dare veniã: est ne q̃ð dicius indulgere: an aliud significat? Lõge hec diuersa sunt. Jmpiti capiunt in dulgẽtiã ꝑ venia. ut indulgẽtiam ⁊ remissionẽ pctõ rum tuoꝝ tribuat tibi omĩpotẽs ⁊ misericors dñs. sed hoc barbare: nõ latine dicir̃. Jndulgere. n. est cõ cedere. ⁊ cum quadã quasi suauitate pmittere. ut in dulgent gule. ĩdulgẽt vẽtri. Quĩtiliãus. Mollis illa educatio quã ĩdulgentiã vocãus. nõ ergo ĩdulgẽtia pro venia accipiẽda est. nec dicẽdum ẽ. eo Romã ꝑ indulgẽtia: sed eo romã ad ĩpetrãdu3 veniã. vł gr̃a impetrãde venie. Sed ecõtrario venia aliq̃ñ quasi pro ĩdulgẽtia põitur. ut da mihi hãc veniã. hoc est. ĩ dulge mihi. et cõcede aut pmitte mihi: quasi venia3 daturus: postq̃3 id fecero. ⁊ cum venia tua ibo. hoc est dabis mihi veniã si ibo. q̃ð imperiti dicunt: cum licẽtia. ĩ qua re errãt oẽs fere grãmatice p̃ceptores: pro bonis litteris docẽtes discipłos suos barbarie3. Jdcirco diligenr̃ notãdus est hic locus. El maestro de la schola ha data licentia a li soi scolari. Nõ ẽ di cendũ. Ludi magister dedit licentiã discipłis. Licẽti a. n. est libertas q̃dã poti⁹ ad male agendũ. ⁊ dicr̃ a verbo licet. hoc est cũ licet q̃cq̃d libet. S3 ludi magi ster dimisit discipłos suos. Uel ludi magr̃ indulsit discipłis ut abirent. Uel ludi magr̃ dedit discipulis veniã abeũdi. Uł ludi magister dedit discipulis cõ meatum. Quippe tria significat ꝯmeatus. ãnonã: locum in quo ãnona publica custodir̃. et facultatem abeundi. ut petii ab impatore ꝯmeatum. accepi ab ĩ peratore ꝯmeatũ. dedit mihi ĩperator ꝯmeatũ. Jtẽ

El maestro me ha data licentia de andare a far mi o dextro. Preceptor meus idulsit mihi ut eã ad curãdum corpus. Ul' pceptor meus fecit mihi potestatẽ eũdi ad curãdum corp⁹. vel dedit mihi veniã abeũdi ꝛ corpus curãdi. Licet eĩ corpus gẽrale verbũ sit ad õnia : q̃ ad curã corporis ptinẽt : ut puta euacuare vẽtrez : lauari : pectere : esse : potare : qescere capit̃ pcipue (ut honor sit aurib⁹ tuis) ꝑ meiere ꝛ egerere. et caue ne dicas dedit mihi potestatẽ : sz fecit Dare. n. potestatẽ ẽ rem alicui⁹ arbitrio cõmittere. longe plus : q̃z facere potestatẽ.

El maestro ce ha data licentia che nui andiamo a merẽda. Cõcessit nobis pceptor noster : ut eamus meridiatum. Indulsit nobis ut eamus meridiatum dedit nobis veniã. fecit nobis potestatẽ eũdi meridiatum. Meridiare enĩ aliqñ significat cibũ meridianũ capere : qui ꝛ merẽda dicit̃. aliqñ somnũ Unde dicitur meridiãus cibus : ꝛ meridiãus somn⁹. post meridianus cibus ꝛ postmeridiãus somnus. Dicit̃ etiã meridiana exercitatio : ꝛ p⁹ meridiana exercitatio. Ut igĩ breuiter ꝯcludã idulgere est cũ quadaz facilitate cõcedere. dare veniã aliqñ est ignorare. aliquãdo pmittere et quasi indulgere.

Certũ est qd ꝓprie significat : Aliqñ mãifestum ẽ. et exploratũ est. ut nos hoc loco cepimus. Aliqñ deliberatum ꝛ cõstitutũ est. quo loco frequẽter iũgitur datiuus. ut certũ est mihi poti⁹ mori : q̃z hãc ignõiniã subire. id est. decretuz ꝛ deliberatũ a me ẽ. Uirgili⁹. Certũ ẽ ĩ syluis ĩter deserta ferarũ malle pati

Quare dicius ĩ marmor vel in es scribẽda : et non potius ĩ marmore et in ere : Quia ita obtinuit usus eruditoꝝ. Dicius. n. in marmore incise sunt littere. in gẽmis. ĩ ligno. nõ sũt ĩ marmor ĩ gẽmas ĩ lignũ.

E cõtrario vero dicimus in es ĩcisas litteras ⁊ nõ ĩ e-
re. nõ ẽ necesse afferre exẽpla. q2 nusquã alr̃ repitur
Differũt ne inter se he cõiunctiões: quib⁹ ĩ eodem
loco uteris: enĩ: quãdoqdẽ: qñ: cũ: qꝛ: nã: nãq3: quoni
ã: quia: quippe: Eadẽ certe est oĩum istoꝝ significa-
tio: quãdo accipiũtur ꝑ quia. Sed differũt in elegã
tia. Enĩ nunquã in oꝛõne ꝑponiř: sed semꝑ soꝛtitur
secũdum locum aut tertium. ut ego enĩ. ex his enim
Nã nũquã secũdu3 locũ aut tertiũ habet: semꝑ pri-
mũ. ut. Nã mlťa sunt q̃ dici possunt. Nãq3 aliqñ pri
mũ locũ soꝛtiř: aliqñ secũdum et tertiu3. Qñq3 ⁊ qñ
semꝑ ꝑponũtur. Uirgili⁹. quandoqdẽ ausonios non
fas cõtingere poꝛtus. Idem. Hic tibi faboꝛ enĩ quã
do hec te cura remoꝛdet. Quia ⁊ quoniã semꝑ ꝑpo-
nũtur: nisi foꝛte postponãtur aduerbiis siue ĩterie-
ctionibus. ut heu quia. heu quoniã. et nõ q2 heu. qm̃
heu. Sicut etiã nã: qꝺ semꝑ aliogn ꝑponiř. Heu qui
a nã tanti cinxerũt ethera nimbi. et Cicero Nun qꝺ
nã inquit noui. sed hoc ĩ compositiõe poti⁹ est et nõ
significat quia. Cũ ꝑter suꝑdictoꝝ moꝛẽ semꝑ subiũ
ctiuũ requirit. ut cũ ex his facile cognoueri. Quippe
significat quia certe.
Perspexi qꝺ pꝛopꝛie significat? Diligẽter ⁊ plane
intellexi. Unde ꝯpõitur ex per et specio. i. video quo
verbo veteres utebãtur. Ex quo etiã alia pluria cõ-
ponũtur. ut aspicio. hoc est video. circũspicio: quod
est circũlustro oculis. Despicio quod aliqñ signifi-
cat contẽpno. interdũ deoꝛsum aspicio. ut Quĩtiliã⁹
nullã ego res hũanas repicere ꝓuidẽtiam arbitroꝛ:
hoc est supne aspicere.
Pꝛospicio qꝺ est a lõge video: unde diciř ꝓspect⁹
quod speculã significat: interdũ significat ꝓuideo: si
cũ dtĩo iũgatur. ut ꝓspice reb⁹ nostris hͦ ẽ subueni.

Inspicio hoc est diligēter et quasi intus aspicio. Suspicio sursum aspicio. Introspicio: itro aspicio Dispicio diligēter intueor. Respicio retro aspicio. Cōspiceo: video siue simul video. A specio fit etiā specto. specula. spectaculū. specimē. speculū. specus. et auspiciū ab aspiciēdis auibus.

De ꝓnomē qd habet qđ sit notari dignū. Aduertēdū est ne incidāus i barbariē aliquoꝝ: q gtīos istorū ꝓnoīum mei tui sui idē putāt esse: quod ꝓnoīa ab his deriuata: meus: tuus: suus. et eque posse dici iste liber est meus: et iste liber est mei. iste liber est tu⁹ ꝛ iste liber est tui. ille legit librū suū: ꝛ ille legit librū sui. qđ a veritate multū abhorret. Hoc ut facilius intelligatur: sciēdum est gtīos oēs aut actie aut passiue accipi. Actiue: ut ꝓuidētia dei. bonitas dei. Passiue: ut timor dei. ꝛ cultus dei. quippe de⁹ timetur colitur. Tria igr̄ ista ꝓnoīa ego tu sui sola omnium binos gtīos sortita sunt. unos mei tui sui. alteros qui iā exoluerūt mis tis sis. loco quoꝝ fere nūc ponunt deriuatīa illa: meus tuus suus. id est quotiēscūq3 actiua oratio est. ut hic liber ē meus vl̄ mis. Plautus. da diē hūc sospitē reb⁹ mis agēdis. Mei vero tui sui nūquā ponūtur nisi passiue. Quītiliāus amore mei vicit esse matrē suam. Cicero ꝙ desideriū tui ferre nō posset. et me tui pudet. Uirgili⁹. quiq3 sui meores alios fecere merēdo. Ita etiā i plurali nā nostrū ꝛ vestrū: que succedūt loco mis ꝛ tis. utimur actiue tātum. ut nemo nostꝝ ꝛ nemo vestrum Nostri vero ꝛ vestri: que succedūt loco mei ꝛ tui utimur tātum passiue. ut habet curā nostri. habet curā vestri. Nec diceret nemo nostri ꝛ nemo vestri. nec habet curā nostrū et curā vestrum. Unde sunt quidā modi dicendi habētes utrūq3 sensum. ideoq3

utroq3 modo dicũtur.ut tu habes potestatẽ meam. actiue.id est õnem ptãtem quã ego habeo.et ptãte3 mei passiue.i. potestatẽ faciẽdi de me qcquid libet. Octaui⁹ oib⁹ faciebat sui ꝯueniẽdi ptãtẽ sic. copia mea et copia mei.utilitas mea ⁊ utilitas mei. amor me⁹ et ãor mei.usus me⁹ ⁊ usus mei.nõ aũt fortitu do mei: sed fortitudo mea.nec doctriña tui: sed do ctrina tua. Cui⁹ rei certissimũ argumẽtum ẽ.ꝙ dici mus mea uni⁹ causa:et non mei unius causa.quod certe diceref: si mei poni actiue ĩ gtĩo posset: sicut u nius ĩ gtĩo ponitur. Cicero ĩ gabinũ ⁊ Pisonẽ. Di co mea uni⁹ opa rẽpublicã esse liberatã. Idẽ ad At ticũ. Solius enĩ meũ peccatũ corrigi nõ põt. Idem pro murena. Ex tuo ipsius aĩmo cõiecturã ceperis Itẽ in plurali. Quĩtiliã⁹. Sue ipsoꝝ fidutie dittunt Quĩ etiã apð nostros recẽtiores hoc idẽ repitur. ut in psalmis. Exaudi vocẽ meã clamãtis ad te. ⁊ alibi Audi vocẽ meã loquẽtis. Et alibi. Meõrabor iusti cie tue solius. solius enĩ masculini generis est. et ad deum refertur. ut ex greco apparet. Itẽ libro regũ secũdo. Sustulit de latere meo ãcille tue dormiẽtis et ĩ euãgelio luce. Tuã ipsius aĩam ptrãsibit gladi⁹ Et boeti⁹ solator mesti nũc mea fata senis. Illud quoq3 notãdum de his trib⁹ ꝓnoĩbus est. ꝙ preter ceteroꝝ usu3 solent aliquãdo gemĩari. ut meme ad sum: qui feci in me cõuertite ferrum. et verte õnes tete ĩ facies. et cõtulit sese in templum.

Valere quid ꝓprie sigĩficat: bene esse et sanũ atq3 incolumen esse. et licet valitudo medium verbũ sit: et tã bonã q̃3 malam valitudinẽ significat. tamẽ va leo semp capif in bonã partem. nisi aliud verbũ ad datur. utputa male valeo. vel nõ recte valeo. Sicut ecõtrario valitudinarius semp capif ꝓ infirmo. Nã

quod apud Terẽtiuꝫ est. Ualeant qui ĩter nos dissi
dium querũt. nõ est exponẽdum pereãt: ut aliq vo-
lũt: sed abeãt ⁊ discedãt. Quod inde tractũ est: quia
semp solẽus abeũtes hoc verbo salutare: vale. sicut
veniẽtes hoc verbo: salue. quãq̃ꝫ id verbũ aliqñ eti
ã in discessu põatur. ut Cicero. vale mi Tiro vale ⁊
salue. Simile huic terẽtiano ẽ illud Cicerõis. Si de
us ẽ talis ut nulla gr̃a: nulla hoĩum caritate teneat
valeat. ꝙ si significaret pereat: ꝑfecto Cicero non
dixisset de deo. Sed hũc ipsum locũ Lactãtiꝰ ita ex
ponit. quid contẽptiꝰ ĩquit potuit ĩ deũ dici: valeat
inquit. i. abeat ac recedat. cum ergo dicĩus: valeant
qui ĩter nos dissidiũ querũt: valeãt q de nobis mala
dicunt: valeãt q aliter sentiũt: ꝑinde est: ac si dicere
mus: discedãt a nobis. Siue eos cũ suo odio ⁊ ma
ledicẽtia ⁊ inscitia reliquamꝰ. Te et valere ⁊ nõ mõ
me diligere: Nũ satis est dicere: te valere ⁊ nõ mõ
me diligere: et ita una ex his ꝯiũctiõibus et: supua-
cua est. posset qdem altera ex his ꝯiũctiõibꝰ dimitti
tamẽ nõ inelegãter sepenũero due ponũtur: ubi una
sufficeret: qđ fit ad maiorẽ rei exꝑ̃ssionẽ. ut ego quo
tidie lego aliqd ⁊ studeo: ego quotidie ⁊ lego aliqd
et studeo. ego te diligo ⁊ amo. ego te et diligo ⁊ a-
mo. ego dilexi te ⁊ quãtum ĩ me fuit tibi benefeci. e-
go ⁊ dilexi te et quãtum ĩ me fuit benefeci.

Facile perspexi: qd proprie hoc loco significat faci
le: Significat nõ dubie ⁊ mãifeste. Cicero virũ õni
um totiꝰ grecie facile doctissimũ Platonẽ. Et nota.
ꝙ tã longe q̃ꝫ facile amãt secũ iũgi cõparatiuũ. Uir
giliꝰ. At pedibus lõge melior lycus. Et relatĩs siue
aduerbiis significãtia diuersitatẽ: queãdmodũ sunt
alius: alter: secus: lõge ante: longe post: ⁊ cõpsita a
preeũt lõge prestat ⁊ lõge prestãs. Quĩtiliãus. Sed

eum longe precedunt ingenia viuentium et cetera. que quādam suplationē habēt. & proxima ad suplatiua accedūt. ut lōge supat lōge vicit. et noīa que diuersitatē significāt. ut lōge dissilis: lōge alien⁹. lōge diuersus.

Princeps: licet ne adiectiuū quidē sit: tamē quia suplationē quādam significat: ascīscit sibi lōge. Quītiliāus. Nouē lyricoꝝ lōge pindarus pnceps. facile eodē modo Cicero. Porro scio regiōis illi⁹: virtute existimatiōe: nobilitate facile priceps. Preterea cū primus: secūdus: & similib⁹: cū nō respicius ordinē: sed dignitatē. ut facile secūdus a Cesare. hoc ē. post Cesarē primus. Jūgit tū facile cū aliis plerisq; noībus & verbis: quod lōge non fecit. Neq; enī dicere m⁹: lōge intelligo & lōge pspicio: ꝑ valde intelligo et valde pspicio: sicut dicīus facile pspicio & facile intelligo. pro haud dubie perspicio et intelligo.

Hoc igr̄ inter lōge & valde differt. ꝙ lōge propriū est ꝯparatiui & suplatiui: exceptis paucis. valde aūt positiui. ut valde bōus: valde malus. valde laudat valde vitupat. nec diceret: longe bōus: lōge malus. longe laudat: longe vituperat.

Inter facile & māifeste similiter hoc īterest. ꝙ facile cū his que supdiximus pōitur. ut facile pstat. facile perspicit. manifeste passim cum omibus.

Nō modo qd ꝓprie significat: nō solum. modo. n. aliqn̄ significat solū. ut hoc loco. aliqn̄ est dtīus siue abltīus huius noīs modus modi. nōnūq; significat aliqn̄. ut modo ais modo negas. aliqn̄ pōit ꝑ dummodo. ut mō me vocaueris veniā. i. dummodo me vocaueris.

Magna aūt differētia est īter nō tantū et nedum. nedū enī duob⁹ dūtaxat modis in oꝛoe accipimus.

Uno cuz utráqz sńiam eodem claudim⁹ verbo: ut vitam pro te exponerem: nedū fortunas. Alterum cū utriqz sńie suum verbū dam⁹. ut ꝓ te vitā exponerē: nedū fortuuas meas effunderē. Pōitur etiam negatiē hoc modo. Nō perderē ꝓ te quadrátem: ne dū vitā. Itē nō ꝑderē ꝓ te quadrantē: nedū vitā exponerē. Ubi notādum ē. ꝙ i affirmādo id qđ plus ē in ꝑma parte pōitur. ⁊ qđ miūs in secūda. ut vita in prima parte pōitur. pecūia in secūda. In negādo vero ecōtrario. qđ miūs est in ꝑma parte pōitur. ut pecunia. et qđ plus i secūda: ut vita. atqz imperiti hác dictionē capiūt ꝓ non solū: dicētes. nedū pecuniā ꝓ te exponerē: sed etiā vitā. qđ dicēdum ē. uitā pro te exponerē: nō solū pecūiam. aut ꝑ nō solum sic. non solum pecūiam ꝓ te exponerē: sed etiā uitaz ipam exponerē. et negatiē nō mō ꝓ te nō exponerē uitam Itē non solum fortūas meas ꝓ te effunderē: sꝫ etiā uitā ipsam exponerē. et negatiē: nōmodo ꝓ te non exponerē uitā: uerū ne pecuniā qdem. et nō mō pro te nō exponerē uitā: uerū ne pecunias qdeꝫ meas effunderē. Ubi notādum. ꝙ qn̄ per nō modo uł nō tātum uel nō solū loqmur: affirmādo qdē qđ miūs est in prima parte ponim⁹: ⁊ qđ plus i secūda. Negādo uero: qđ plus est in prima: ⁊ qđ min⁹ i secunda. Itē notādum ꝙ ubi pōitur nedū: potest etiam poni nō modo: sed addita altera negatiōe. ego non ponerem ꝓ te obulū: nedū expōerem uitam: ut ego nō ponerem ꝓ te obulum: nō modo nō exponerem uitam. sed hoc perraro reperitur.

Quid iterest inter diligere ⁊ amare? Amare plus est q̄z diligere. Cicero. quē ⁊ si āte hac dilexi: nunc Sed aūt uero differūt ne iter se: significati amo onem qdem fere eādem habent. Uerū sed semper i

pricipio clausule põitur.nisi aliqñ apud poetas. ut arma sed arripuit.Uero 7 autem ponũtur semp ãte cedente aliqua dictiõe.et distingũt sniam a sententia.ut ego scribo tu aũt legis.ego uigilo: tu aũt dormis. Habent tamen aliqñ nescio qd differentie. nã cũ neq3 nõ põimus aũt dicentes.neq3 aũt. sed dicimus.neq3 uero. Item tũ ppter hoc.tu3 uero ppter illud.non tũ aute3 ppr illud. Ecõtrario nõ dicim⁹. nõ uero: sed nõ aute3. ut sum amicus eius: nõ aũt emulus.mutem⁹ aduerbiũ: et habebit locũ uero.sic sum eius amicus: emulus uero nõ.uł emulus aũt non. Item uero: aliquãdo ĩ pricipiis siue orationũ siue epistolaꝝ põitur.autem nõ.Uirgili⁹.egregiam uero laudem.et spolia ampla refertis. Tuq3 puerq3 tuus.et ad sulpitiũ scribens Cicero: ita epłam ĩcipit. Ego uero serui uellem: ut ais: in meis doloribus affuisses.pterea nõ dicim⁹.sane aũt: iã autem: enĩ autem: age autem: at autem. Sed sane uero: iam uero: enĩ uero: age uero: at uero. Illud magnopere notãdum. ꝙ hec duo aliqñ elegãtissime et cum maxima gratia dittuntur. Cicero. Tu cũ pncipem senatore3 auũculum domi habeas: ad eu3 nõ referes. ad ceteros referes. Longe pulchri⁹ [illegible]icitur q3 si addita autem dicerem⁹.ad ceteros aũt referes Sed qñ uerbum põitur sine cõtrarietate: oĩno necesse est addere autem.ut incumbes litteris quãtu3 poteris: poteris aũt quãtum uoles.

Porro licet eãdẽ significatiõem habeat quã uero: et autem: tamen nunquã postpõitur. nisi cu3 dicius age porro. aut aliqd simile.cum scilicet hãc sigificationem habet. Sed apud quosdã pᵱsertim poetas significat lõge.certe.postea.ultra. Ideoq3 sepe ĩ medio: non in pricipio ponitur.

Qui etiã significat ne idẽ quod sed etiã: Aliquãdo significat sed etiã. ut hoc loco: aliqñ maiorẽ quãdaꝫ vim habet: et significat immo etiam. Quin vero aliqñ significat quetiã. ut Uirgili⁹. quin aspera iuno que mare terrasqꝫ metu: celũqꝫ fatigat. cõsilia i me lius referet. Aliqñ ut nõ. ut idẽ. Hic tibi ne qua mo re fuerĩt dispẽdia tãti: quin autem insanã aspicias. Aliqñ cur non. ut quin poti⁹ imus cubitum.

Rursus et cõiunctio: cuius modo facius mẽtionẽ differt ne ab atqꝫ ꝯiũctione: Cuꝫ ãbe copulatĩe sint nõ differunt. sed et aliqñ causalis cõiunctio est. ⁊ significat nã. magnãqꝫ in eplis grãꝫ habet. ut si dicã. El si vole cõ ogni studio attẽdere a le littere. ꝑ che a pena tuta la eta del homo basta a questo. Sũmo studio incumbẽdum est litteris. ⁊ vix oĩs humana e tas ad id sufficit. Quĩtiliãus. Has pmũ audiet puer haꝝ verba effingere imitãdo conabiꝛ: ⁊ natura tẽa cissimi sumus eoꝝ que rudib⁹ ãnis ꝑcipim⁹. hoc ẽ nã tenacissimi natura sum⁹. Martial. quod numos cernis mitti nõ credis amice. Falleris ⁊ nũmos ista tabella rogat. Simlr qꝫ ꝯiunctio p͛o eodẽ accipiꝛ. Cicero. Nõ solum nobis nati sumus ortusqꝫ nostri partẽ patria vẽdicat: partẽ amici. cõpetit etiã ⁊ pnci piis sñiaꝝ. Quĩtiliã⁹. Et finite quidem sunt partes due. Interdum habet etiã affectum. Cicero. ⁊ quis est qui de me loqui possit. Interdũ significat tamẽ. ut si dicã. supaui te saltu: ⁊ sum ita senex. Significat pterea etiã. ut Uirgil. Natus ⁊ ipse dea. hoc est etiã ipse. Quĩtiliãus. Inter oẽs cõstat nisi iter eos: qui ⁊ ipsi insaniũt. Atqꝫ vero aliqñ ꝓ aduerbio põitur. ut cum dicius. Aliter ego feci atqꝫ tu. p͛o q̃ꝫ tu. Aliqñ põitur ꝓ statim. ut apud Uirg. Sic oĩa atis. in peius ruere ac retro sublapsa referri. Nõ aliter q̃ꝫ

qui aduerso vix flumie lembum. remigiis subiigit: si brachia forte remisit. atq3 illum in preceps prono rapit alueus amni. id est statim.

Est ne idē valere ꝛ beneesse? Ualere queadmodū supdiximꝰ ē incolumē esse. Beneesse ē bene habere ut beneest. i. bene res se habet.

Se tu stai bene o vero se tu sei sano: la cosa sta bē Si vales bñ est. ꝛ fere semp pōitur absolute. quod si addatur mihi vł tibi. idē significat qđ valere. vł ico lumē esse.. ut si tibi bene est gaudeo: mihi bene est. id est si vales gaudeo: ego valeo.

Quot modis possumꝰ dicere. Jo te amo summamēte? Amo te multum. amo te valde. amo te plurimū. amo te maxīe. eximie amo te. amo te vehemēt amo te summe. amo te mirifice. amo te magnopere amo te supra modum. amo te plus equo. amo te supra q̄3 dici possit: Incredibilis ē meꝰ erga te amor incredibili te bēiuolentia cōplector. exprimere non possum quātus est amor erga te meus. Ardētissiō amore te ꝑsequor. Dici nō posset: quāto tui amore cōflagrē. nemo unquā vehemētiꝰ aliquē amauit: q̄3 ego te amo. Ardentissima te caritate cōplector. Nō possum mei erga te amoris magnitudinē exprimere. ardeo te vehementer. quāquā hoc nouissimum potius poeticum sit. amo te mirum in modum.

Quomodo elegāter vicius. Jo anchora Pyrrho mio te rendo el cābio del bene che tu me vol. et ho te caro cōmo la vita mia ꝓpria: ꝛ parme che io sia senza el mezo de lāima mia quādo tu nō me sei apresso. che si nō fosse che io ho respetto a la dignita mia: io me ne veria volando in questa tua villa: e daria me piacere insieme cō questi toi cāpitelli. e giardinetti e pecurelle.

Ego quoqz mi Pyrrhe amo te. teqz nõ sec⁹ ac vitam ꝓpriã charũ habeo.. et cũ sine te sum: dimidio ani me mee carere video. Quod nisi dignitatis me e rationẽ haberẽ: aduolarẽ mox in suburbanũ tuũ. meqz una tecũ cuz pdiolis tuis ⁊ pomariolis ⁊ ouiculis oblectarem. Multa hic digna sunt q̃ notẽtur. Primo qꝫ hic mos ẽ alloquẽdi absentes cuz quadã suauitate: mi Brute: mi Cicero: mi Pyrrhe. Interdũ etiã ad ostendendũ maiorẽ vim amoris: aut desiderii: repetũtur eadem verba: cũ additiõe adiectiui. ut M. Tulius mi Cicero mi inquã suauissime Cicero.

Mutuo amare est amãtem te amare. qđ vernacula lingua dicius rẽdere el cãbio. latine autẽ redamare dicitur. Dicī aũt quasi meo tuo. ũde dicī mutuus amor. mutua bẽiuolentia. mutua caritas. mutua officia. mutua bñficia. mutue lachrime. mutue querele hoc est que abs te ad me ꝓdeunt: ⁊ a me ad te. Jdeo possum⁹ dicere ego quoqz mi pyrrhe amo te mutuo. ego quoqz redamo te. ego quoqz nõ minori te amore cõplector. ego quoqz tibi ĩ amore respõdeo ego nõ sino me abs te ĩ amore superari. Jtẽ ĩter nos vehemẽter amãus: qđ perĩde est: ac si diceremus amamus nos ĩter nos. Sed illud nos elegãtissime dimittitur. Jtem mutuo nos amam⁹: est qđ aliqui dicũt ĩuicem nos amamus: vł vicissim nos amamus Jnuicem aut vicissim aliqđ facere: ꝓprie ẽ per vices id facere. ut cãtamus vicissim. id ẽ. qñ ego cãto tu siles. ⁊ qñ ego sileo tu cãtas. Jtẽ legim⁹ ĩuicẽ vel vicissim. id est. quãdo ego lego tu non legis. et quãdo tu legis ego non lego. unde fit adiectiuũ vicari⁹ vicaria vicarium. ut dedi tibi vicariam operam: id est dedi tibi opram vice illius. itaqz si quis diceret:

amãus nos íuicem:pinde esset ac si diceret:amo te: dũ tu nõ amas me.et tu amas me dũ ego te nõ amo

Ubi cauendum est diligẽter ne dicas: hac vice tã tũ volo tibi morẽ gerere:sed nũc tãtuȝ.nec una vice tãtum:sed semel tãtuȝ: nec duabꝰ tribus: aut quatu or vicibus: sed bis ter quater vel secundo: tertio: quarto.vł bis tertio quarto.vł bis ter quater. Nec da mihi veniam ꝑ hac vice tantum.sed da mihi ve niam nunc tantum.nec quot vicibus: sed quotiens nec multis vicibus: sed plerũqȝ: sepe sepenumero. Ubi cavẽdum est simił. ne multotiẽs dicas: quod nõ minus barbarum est:q̃ȝ multis vicibus. Nec ve niam ad te alia vice:sed alias. Nec prima:secunda: aut tertia vice: sed primo secundo tertio. Nec ulti ma vice: sed demum vł deniqȝ: vel ultimo. vel tã dem uel postremo uel nouissime.

Sed quomodo dicẽus: Per la prima volta che tu fallarai te perdonaro: ma per la segõda: io te spo gliaro nudo:⁊ darote de le botte. Pro primo quo qȝ errore tuo ignoscam tibi: pro secundo te nudũ cedã. Itẽ ꝑ la prima uolta che tu me farai seruicio: io nõ te saro ĩgrato. ꝑ p̃mo quoqȝ tuo erga me bñ ficio nõ ero ĩ te ĩgratꝰ. Per la p̃ma uolta che nisuõ d li mei scolari se partira senza mia licẽtia: gli daro una spalmata cõ la bacchetta.la segõda uolta con la scoriata el bataro tuto. Si quis p̃mũ e discip̃łis me is ĩiussu meo e ludo discesserit:uirga manũ pcutiã: si secundo id fecerit:loro totum cedam. Et tengo te caro cõmo la vita mia ꝓpa. M̃łtis mõis dici põt. Atqȝ te ⁊ uitã meã carũ habeo. istar uite mee apud me es. Instar uite mee te carũ habeo. Nõ secꝰ te a mo q̃ȝ uitã meã.nõ secuſ te ac uitã ꝓpã carũ habeo Haud aliter te amo: q̃ȝ ꝓprã uitã.ita te ão ut uitã

meam. perinde te ut vitam meam carum habeo. vł pinde ac vitā meā vel vitā ꝓpriā. et pinde mihi carus es: atq3 vita ꝓpria. Ubi notādū ē. ꝙ propus propa ꝓpriū cū tribus ꝑsonis ꝯiūgit. et idē significat ꝙ meus: tuus: suus. Ut ꝓprio ꝯmodo hoc facio. i. meo cōmodo ꝓprio cōmodo id facis. hoc est tuo cō modo. ꝓprio cōmodo ille hoc facit. hoc est suo cō(modo.

Proinde vero significat quapropt̄ vel er go vł ideo. Lucreti⁹ tñ accipit proīde ꝓ perinde. et eam dictionē syllabā ponit. Subinde aliqñ significat statim post. ut Horati⁹. Si dicet recte primum gaudere subinde. Preceptū auriculis hoc īstillare memēto. capitur etiā ꝓ frequēter cū quodā īterual lo. ut si sepe retro respiciā an aliqs me sequatur: dicā. subinde respicio. hoc est. sepe cum quodam iter uallo respicio.

Deinde vero significat dehinc vł deinceps. q3qm deīceps significat ēt gradatim. Cicero. Quos vide o deinceps tribūos plebis p triēnium fore. hoc est u nū post aliū. ī qua significatiōe capit̄ aliqñ ēt subīde

Prima va el maestro: da poi li scolari vāno da rietto al maestro a un a uno. ouero luno dapo lalt°.

Primo it ludi magister. postea discipłi eū deīceps vel subīde sequūtur. Illud hoc loco p̄termittēdum nō est. ꝙ perīde exigit post se ac si: vł atq3 si: cum significat ita. ut Lege pinde ac si p̄ceptor adesset. vł perīde atq3 si p̄ceptor adesset.

Sed qñ negatio p̄cedit: exigit etiā q̄3. ut Suetōi⁹ nulla tamē re pinde motus: q̄3 respōso mathemati ci. Aliqñ tñ pōitur absolute. hoc est sine ac si ⁊ siē ne gatiōe: ⁊ modo significat. Plini⁹. Fun⁹ Ruffi claris simi viri ⁊ pinde felicis: modo multum. Suetōius de galba. Quare aduētus eius non perinde gratus

fuit. id est multum gratus.

Secus autē siue negatio p̄cedat: siue nō: habere potest & ac: & q̄z. ut lōge secus ac ego fecit. et longe secus quā ego fecit. non secus ac ego fecit. non sec⁹ q̄z ego fecit.

E par me che io sia senza el mezo dela mia vita: quādo tu nō me sei apresso. Et cū sine te sum dimidio anime mee carere videor. Itē dimidioq̄z āime mee mācus esse videor: quando tu non es apō me. Item nec dimidiū anime mee habere videor: quādo te careo. Itē & cum te careo: videor dimidio āime mee esse priuatus. Itē et cū tu mecū non es: de esse mihi dimidiū anime mee videt᷑. Itē facitq̄z disiunctio nostra: ut ne dimidiū quidē anime mee videar habere. vel facitq̄z disiūctio nostra: ut disiūctū esse anime mee dimidium videatur.

Hic notādum est i primis. ꝙ modus iste loquēdi videtur mihi: ꝙ quādo sine te sum: dimidio anime mee careā. videt᷑ tibi ꝙ ego sim doct⁹. videtur illi ꝙ tu legas. videt᷑ nobis ꝙ malefaciatis. rustican⁹ est et plane puerilis. Qua ꝓpter sic dicēdum ē. videor mihi dimidio anime mee carere. videor tibi esse doctus. videris illi legere. videmini nobis malefacere

Cū aliq̄n est aduerbium & significat quādo. ut cuz ad te venio: semꝑ te inuenio scribētez. id est quādo ad te venio. et hoc loco cum sine te sum: id ē quādo sine te sum. Aliq̄n significat partim: & tūc semper sequit᷑ tum. ut cū ꝓpter necessitatez nostrā: tū propt᷑ ingeniū tuū. id est. partim propter necessitatē nr̄am partim propter ingenium tuum.

Ubi notandum est. ꝙ semper cū precedit. et in eo est quiddam minus. in tum quiddam maius. & hoc

duobus modis. ut generale aliquid p̄cedat: sequat̄ speciale. ut apud Quītilianū: quod cum omnib⁹ cō ficiēdum est. tū nobis p̄cipue: aut ābo sint specialia. ut apud cūdem. q̄ꝺ opus Marcelle tibi dam⁹: quē cum amicissimū nobis: tum eximio litterarū amore flagrātem: dignissimū hoc mutue īter nos caritatis pignore iudicauim⁹: id est multum ꝓpter amorem tuū in nos: plus tamen ꝓpter amorē litteraꝝ.
Aliqn̄ cum subiūctiua ꝯiuncio est. ut cū in affricam uenissem. Aliqn̄ significat quāuis: iuncta cuꝫ tū. et tū significat tamē. ut Cicero. Cum ī causis grauioribus Cai Cesar inicio dicēdi comoueri soleā vehemētius quā vel usus vl̄ etas mea videt̄ postulare: tum in hac ita me multa ꝑturbāt: tū ꝓ tamē pōitur. et cum pro quāuis. Notādum ꝙ qn̄ tum ⁊ cuꝫ significāt partim: semper fere īdicatiuo adiungunt̄. qn̄ autem significat quāuis: subiūctiuo. Repit̄ etiā tuꝫ pro partim: aliqn̄ duplicatū: aliqn̄ triplicatum. aliqn̄ etiā multiplicatum: cū in reb⁹ paribus ponit̄. ut tum ingenio meo: tum studio: tū diligētia factū est.
Cū prepositio abltio casui seruit: sed nūquā iūgit̄ abltio significāte instrumētum. neqꝫ enī dicius: cū gladio pcussi: q̄ꝺ imperiti faciūt: sed gladio. nec cum pugno te impuli: sed pugno. nec cū calce te ꝓstraui sed calce. nec cū oculis te ꝑterrui: sed oculis. nec cum lacrimis litteras deleui: sed lacrimis. nec cū igni aquā tepefeci: sed igni. Quādo autē abltī significant cōiunctionē quādaꝫ ⁊ nō instrumētuꝫ: tūc requirūt cum p̄positionē. ut conor cū quāta possum facilitate scribere. cum labore hec scribo. cum facilitate discis cū tempore oīa fiunt. cum etate crescēt mores. Qui autē ita loquūtur: cū baculo pcussi: cū hasta vulnera ui: inepte sane: ⁊ p̄ter oīuꝫ āntiquoꝝ morē loquūt̄

Apud & penes quomodo differũt: Apud min⁹ est q̄z penes. nã apud te est: qualitercũqz res tenet̃. pẽs te est quodãmodo possidet̃. Festus vero pompeius dicit apud & penes ĩ hoc differre. q̄ apud: personã cum loco significat. ut apud platonẽ. id est. in loco ĩ quo est plato. et apd̄ templum. Penes vero p̄sonaz et dominũ: ac potestatẽ. qd̄ trahi dicit a penit⁹. ut pe nes te ẽ salus & vita mea. quasi in manu tua. & arbi triũ vite mee penes te est. Tamẽ aliqñ penes reqrit p̄sonam sine dominio. ut fides penes auctores est. id est apud. nonnũquam etiam loco seruit. Cicero ad Herẽnium. ita peculans es atqz acer: ut ne ad solarium quidem: ut mihi videtur: sed penes scenã et in eiusmodi locis exercitatus sis.

Ma se nõ fosse che io ho respetto a la dignita mia: io mene veria volando in questa villa. Qd̄ nisi di gnitatis mee rationẽ haberẽ: aduolarẽ mox subur banũ tuum. Ul' Ueruz nisi dignitatis mee ratio me detraheret: q̄z p̄mum ad te in suburbanũ tuum ve nirem. Quod: aliquãdo significat verum siue sed ut hoc loco. ponitur qz in p̄cipio clausule: que nul lam habeat cum supiori clausula cõnexionem.

Nisi aliqñ indicatiuo iũgitur: presertim qñ ẽ p̄ncipi um sententie. Cicero. nisi forte putam⁹ dementẽ pu bliũ scipionẽ affricanum fuisse. Aliqñ cum subiũctio ut q̄ nisi dignitatis mee rationẽ haberẽ: quãdo scilz non est in p̄ncipio sentẽtie. nã hic verbum p̄ncipale est aduolarem. Nota quãtam viz habet hec parua dictio duaꝝ syllabaꝝ nisi: quãdo significat: Se non che. vel se non fosse che.

Rationem habere: quid p̄prie significat? respectũ habere. sed capit̃ in bonã partez. ut habẽda est ratio

salutis: ꝛ ratio dignitatis. id est respect⁹ ad digni-
tatē ꝛ salutē. nō autē diceret̄ habēda est ratio egritu
dinis ꝛ infamie. Et nota habere rationē: semper req
rere gēitiuū in hoc significato. qn̄ aūt hab3 abltīuū
cum ꝑpositiōe cū: significat negociū ꝛ q̄si ꝯmertiū3
habere. Cicero de senectute. Rationē hēt cum terra
que nūquā3 recusat imperiū. id ē negociū habet.
Aduolarē ꝑ methaphorā dictū: hoc ē. q̄3 celerrīe
venirē: siue accelerarē: siue ꝓperarem. Nā matura
rem nō ausim dicere. Maturare. n. ꝓprie dicit̄: cu3
neq3 citi⁹ neq3 serius aliqd fit. sed media q̄dam via
et tēperata tenet̄. ut ī pomis. matura dicuntur: que
neq3 cruda neq3 īmitia sunt: nec caduca: neq3 squa
lētia: sed tēpore debito adulta ac matura. ut sit ma-
turare celeriter quidē: sed sine īpetu: ꝛ cū moderati
one aliqd agere. Unde Uirgili⁹. cu3 deū faceret vē
tis iubētem: ut e mari discederēt inquit. Maturare
fugā: hoc ē cum quadā moderatiōe ꝛ quasi maturi-
tate discedite. alioquin facto īpetu: maiorē maris
procellā excitassent. Hoc verbū Cesar august⁹ duo
bus grecis vocabulis elegātissime exprimebat.
hoc est: ꝓpera tarde. quasi mo
nere volēs in rebus agēdis. et celeritatem industrie
adhibēdam esse. ꝛ diligētie tarditate3. Elegātissime
videt̄ Maro noster hec duo vocabula ī Georgicis
dixisse. Inquit autē. Frigidus agricolā si qn̄ cōtinet
imber. Multa forēt: que mox celo ꝓperāda sereno
Maturare datur. quasi dicat. Possunt coloni īstan
te tēpestate multa maturare: que alioqn sereno tē-
pore properarent.
Suburbanū quid ꝓprie significat? Suburbana in
plurali tātum: ꝛ suburbanū dicitur domus cōiuncte
instar urbis: et urbi ꝓpinque: tamē extra muros.

Suburbanū vero significat ꝑdium in suburbāis. et habet pluralē nūerū suburbana : id ē predia ī suburbāis. queadmodū dicimus Tusculanū ⁊ Cumanū. hoc ē prediū in agro tusculāo ⁊ cumano. ut eamus ī tusculāo meo: formiano tuo: pompeiano neronis Frequētes vero domus extra suburbia dicūtur vicus. ꝙ sint īstar vici urbani. Uicus vero urbanus pars urbis est. quippe diuisa ē urbs ī vicos : quasi ī mēbra minora : sicut suburra. Carine. esquilie. vici Rome fuerūt. Nā diuisa fuit urbs ī regiōes circiter vigīti. in vicos autē supra mille. A vicis vicina ⁊ vicinus ⁊ vicinitas dicūtur quasi ex eodē vico. Uicus extra urbē qui pagāus dicit᷑: muris caret. Nā si haberet muros : esset castellū: qđ a castro diminutiuū est. significat autē locū muris munitū instar oppipi vel urbis. Castra ī plurali sunt loca: ī quibꝰ milites tētoria fixerūt : ut illic recipiat᷑ maneatq; exercitus Oppidū ē oīs urbs ꝑter Romā : que ꝑmo urbs dicta est . fecitq; ut cetera oppida eodē noīe appellarētur. Diciťq; oppidū ab ope danda. Urbs vero dicta ē ( ut varro ait) ab urbo. urbū autē inqt appellari curuaturā aratri. qđ aratro designatꝰ sit locꝰ : in quo Roma cōdita ē. et Pōponiꝰ iuriscōsultꝰ : urbs inquit ab urbo dicta est. Urbare est aratro diffinire municipia sunt oppida : quoꝝ ciues mūcipes dicūtur. et sunt ciues romani ex mūcipiis. legibus suis et suo iure utētes : mūeris tātū cū populo Rōano honoꝝq; participes. a quo mūere capescēdo appellati sunt municipes nullis aliis populi Rōani legibus astricti. Primi aūt municipes facti fuerūt Cerites concessumq; eis ut ciues Romani essent pro sacris bello gallico custoditis. Colonie vero sunt que non extrisecus veniūt ī ciuitatē. nec suis radicibꝰ nitūť :

sed deducuntur ex ciuitate et iura atqz instituta populi Romanorum hnt. que coditio licet minus libera sit: tamen dignior existiatur: propter maiestatem populi Romani: cuius ipse colonie: quasi quedam effigies videtur. Ville dicuntur domus extra urbem et suburbia: que constitute sunt habitandi causa. Predia scribit Ulpianus dici non solum ea que sunt in oppidis: sed etiam in stabula: aut alia meritoria. in villis et in vicis agri cotinent fundos: non continetur a fundis: suntqz simul cum villis. Unde multi senatores in agris vixerunt. Differt autem ager ab aruo: quod aruum est in quo aliquid serit. Salustius. quia numidie pabulo pecoris magis quam aruo studet. Fundus ut dixi minus est quam ager. Nam prata: vinee: orti: olíueta: salicta: arbusta: pomaria: pascua: nemora: loca aucupatoria: venatoria: piscatoria: sunt partes agri. et singula singuli fundi sunt. in urbe autem siue oppido: siue vico: siue castello: tantummodo prediuz est. quicquid his que diximus simile est. eadem etiam in agro predia sunt. Unde dicere possumus. quod fundus est possessio rustica: prediuz: et rustica et urbana. Fundus autem (ut aliqui putant) dicitur a funda: quod tantum contineat: quantum funda lapidem iactaret. Dicitur autem fundus et fundum. Hinc fundamentum dicitur et fundo fundas. Differunt autem fundare et fundamenta iacere. Siquidem fundare est firmare aliquid et stabilire. ut recte funda domum tuam. Jacere autem fundamenta est qualecumqz principium edificii facere.

Est ne differentie aliquid inter una et simul? Simul aliquando geminatum reperitur apud bonos auctores: excepto Cicerone. et habet fere eam significationem quam habet tum. de quo verbo paulo ante diximus. Quintilianus simul et pleniori obsequio demererer amantissimos mei. simul ne vulgarem viam ingressus: alienis demum

vestigiis insisterem. Cicero. semel tãtum: quãtum ego inueni una ꝓ simul usus est. in verrẽ. Una ⁊ id qđ facio ꝓbauit. una et in hac causa ꝓfecto neminẽ ꝑponẽdum mihi esse existimauit. Simꝉ qñ non est geminatum põitur aliqñ ꝓ pariter. Quĩtiliãus. Homo fortis simꝉ ⁊ sapiens. id est ac pariter sapiens. Cicero ꝓ Roscio: Perditissimi est igr̃ homis simꝉ et amiciciã dissolnere ⁊ fallere eũ qui lesus nõ esset nisi credidisset. Cum autem simul significat insimꝉ: nihil differt ab una aduerbio.

